Regimen sanitatis Magnini Mediolanēsis medici famosissimi Attrebatensi episcopo directum feliciter incipit.

N primis deum testor cuius nomē sit bñdictum. Ab hoc enim principaliter dependet celum ⁊ tota natura. Hic enim est qui omnibus influit eē. hiis quidē clari⁹ hiis uero obscurius. In cunctis igit̄ deus sublimis ē preponendus ⁊ honorandus. In cunctis enim prepone deum ⁊ preponet te. honora deum ⁊ honorabit te. time deum ⁊ cuncta experieris securius. Ad honorem eniƺ dei altissimi cuius nutu seruio recepi gratiā ⁊ doctrinam. necnō beatissime uirginis Marie eius mr̄is ⁊ totius celestis curie. Amplius ut domino meo reuerendo domino Andree de Florentia attrebatensi episcopo cuius uitam deus in prosperitate conseruet et prolonget. cui nedum quod possem denegare nō debeo sed eidem in omnibus obedire ꝓm modicum meum posse ualeam complacere. Necnon ad omneƺ utilitatem iuuenum ⁊ specialiter rudium pauperum copiam librorum habere nequeuntium nihilominus in hac scientia studere volentium pertractare regulas regiminis sanitatis a diuersis autorib⁹ medicine prioribus ⁊ posterioribus collectas quos ante inicium huius operis laboraui diligenter inspicere ⁊ clare secundum modulum mei ingenii confidens de auxilio Ihesu xp̄i qui est omnibus uer⁹ dator compilare ꝓpono hoc opusculū quod pater ⁊ domine tanto p⁹

a 2

deum vobis confidentius offero· quāto ut spero vestra benignitas defectu mei ingenii me in hoc opere mitius supportabit·

Hunc autem in hoc opere quinqꝫ ponam partes principales· quarum prima est de quibusdam que antecedunt regulas regiminis sanitatis.

Secunda est de regulis regiminis sanitatis ex rebus naturalibus sumptis.

Tercia est de regulis regiminis sanitatis sumptis a rebus non naturalibus in generali ⁊ speciali·

Quarta est ꝺ regulis regiminis sanitatis sumptis a rebus contra naturam·

Quinta est de quibusdam instrumentis quibꝰ utimur in regimine sanitatis·

Prima pars continet duo capitula·

Primum est de necessitate huius operis scꝫ regiminis sanitatis.

Secundum est ad sciendum quid sit sanitas.

Secunda pars continet septem capitula·

Primum de regulis sumptis a complexione naturali totali·

Secundum de sumptis a sexu·

Tercium de sumptis ab etate·

Quartum de sumptis a lapsu naturali·

Quintum de sumptis ab habitudine·

Sextum de sumptis a diversitate membrorum·

Septimuꝫ de regulis appropriatis sexui femineo

Tercia pars continet viginti sex capitula·

Primum est de regulis sumptis ex parte quatuor elementorum nostro corpori occurrentiũ ab extra.
Secundum est de exercitio.
Tercium est de fricatione.
Quartum de balneo.
Quintum de coitu.
Sextum de comestis ꝛ bibitis in generali.
Septimum de somno ꝛ vigilia.
Octauum de accidentibus anime.
Nonum de temporibus anni.
Decimum de granis panificum.
Undecimum de leguminibus.
Duodecimum de fructibus.
Decimumtercium de oleribus.
Decimumquartum de radicibus.
Decimumquintum de fungis.
Decimumsextum de truffulis seu ydris.
Decimumseptimum de carnibus.
Decimumoctauum de piscibus.
Decimumnonum de animalium superfluitatibus
Vicesimum de saporibus.
Vicesimumprimum de potibus naturalibus ꝛ artificialibus.
Vicesimumsecundum de indumentis.
Vicesimumtercium de volentibus continere.
Vicesimumquartum de iter agentibus.
Vicesimumquintum de transfretantibus.
Vicesimumsextum de confectionibus ꝛ eaꝝ vsu.
Quarta pars continet quinqꝫ capitula.
Primũ ē de hiis q parati sunt cadere ĩ egritudinē

Secundum est de preseruando a pestilentia.
Tercium est de preseruando a veneno.
Quartum est de conualescentibus.
Quintum est de consuetudine.
Quinta pars continet nouem capitula.
Primum est de fleubothomia.
Secundum ē de ventosis.
Tercium est de sanguisugis.
Quartum est de cauteriis.
Quintum de farmacia.
Sextum de vomitu.
Septimum de clisteribus.
Octauum de suppositoriis.
Nonum de pessariis.

Capitulū primū de necessitate regiminis sanitatis

Quod regimen sanitatis sit necessariū dupli/ci via inuestigare cōuenit. Prima quidē via sumit^r ex variabilitate corporis hūani. Corpus enim humanum est variabile ꝛ transmutabile ñ seruans consistentiam quam habuit a generationis principio. Materia enim nostrorum corporum sunt duo spermata que sunt humida ꝛ liquida ꝛ multum passibilia. humidum enim est multum passibile. Ex hiis autem duobus spermatibus cum sanguine menstruoso mulieris generāt^r membra spiritus ꝛ calores innati. sic quidem ꝙ ex grossiori ꝛ corpulentiori parte generantur membra ꝛ ex subtiliori calor ꝛ spiritus Et hec est opinio Aristotelis ꝛ Auicenne. ꝛ propter hoc opinantur aliqui ꝙ sperma masculi quod ē subtilius ꝛ spirituosius semine mulieris vel sanguine mē

struoso conuertit᷑ in spiritum qui cordi appropriat᷑ et aliis membris sicut radix ramo. Ramus enim si/cut orit᷑ a radice sic cor ⁊ alia membra a tali spiritu suam traxerunt originem. Cum ergo materie nostroꝝ corporum sint ualde passibiles propter earuꝫ limosi tatem ⁊ humiditatem. Sumus enim generati in fine li mositatis ⁊ humiditatis. non est mirum si corpora nostra sint multum passibilia. Non enim sumus sicut lapides aut metalla a quibus parum aut nihil resol ui potest nisi in temporibus valde longis. Et quia corpora nostra ut ostensum est sunt multum varia/bilia ex quo faciliter labi possunt extra terminos ꝓ prie sanitatis indiguerunt regimine conseruante qđ vocat᷑ regimen sanitatis. Non autem est hoc sanita/tis regimen necessarium vt nos tueat᷑ a morte sꝫ vti/le est propter duo incommoda specialiter euitanda. quorum primum est nimis cita humidi radicalis cō/sumptio. Secundum est humorum putrefactio. Si e nim erret᷑ in regimine anticipari poterit humidi radi calis consumptio sicut contingit in ieiunantibus ⁊ la borantibus excessiue. Poterit etiam suffocari calidū innatum sicut contingit in dormientibus ⁊ comeden tibus excessiue ⁊ quiescentibus. Poterit etiam contin gere in humoribus putrefactio ⁊ ebullitio sicut pa/tet in vtentibus rebus participantibus caliditate ex tranea ⁊ humiditate accidentali vaporosa talia eniꝫ sunt corpora nata putrefieri ⁊ ebullitionem suscipere de quibus in processu plenius apparebit. Sic ergo patet prima via ad inuestigandum regimen sanita/tis esse necessarium ⁊ vtile Secunda via ad inuesti

gandum idem sumit᷑ ex diuersitate reꝝ non naturali
um quibus necessario indiget corpus humanū sicut
cibus ⁊ potus· aer· inanitio ⁊ repletio· somnꝰ ⁊ vigi/
lia· motus ⁊ quies ⁊ anime accidentia· Hec enim res
dicunt᷑ non naturales quia eis contingit bene ⁊ male
vti· Unde circa eas contingit errare ⁊ bene agere· Et
ideo circa vsum talium indigemꝰ arte quia habet᷑ ab
Aristotele septimo ethicoꝝ ꝙ ars ē de hiis circa que
contingit errare ⁊ recte agere· Pōt enim aliquis er/
rare in vsu cibi ⁊ potus ⁊ sic de omnibꝰ aliis ⁊ eisdē
bene vti· Bene igit᷑ est vtile habere artē euitandi ma
lum vsum ⁊ prosequendi bonū sicut in virtutibus et
aliis artibꝰ est videre·

Capitulum secundū ad sciendū quid sit sanitas

On est possibile sanitatem custodire semper
Naꝫ semper custodire omni fama ignoramꝰ
In hoc ergo capitulo dicemꝰ primo quid ē
sanitas· Secūdo quot modis dicit᷑ sanitas· Hec intē
dimus loqui nisi de hoīs sanitate vel alioꝝ ab hoīe
vt veniant forsitā ad usum hominis· Unusquisqꝫ au
tem hominum dicit se fore sanum cum potest in ope
rationes solitas sine sensibili lesione· verbi grā· Si o
culꝰ pt in actu videndi cōsuetum sine omni lesiōe sen
sibili dicit᷑ sanꝰ· ⁊ similiter ī omnibꝰ aliis membris·
Dicamus ergo ꝙ sanitas ē vna bona dispositio cor/
poris humani per quam agit vel patit᷑ actioneꝫ vel
passionem et debitam s̄m naturā absqꝫ notabili lesi
one· Hec autem dispositio est originaliter ⁊ primo in
membris homogeneis seu similibꝰ puta in osse ⁊ car
ne ⁊ ꝯsimilibus ⁊ vocat᷑ commensuratio in quatuor

primis qualitatibus· puta ĩ calido frigido hũido et sicco· Talis igit̃ cõmensuratio ẽ sanitas ꝯsimiliũ ⁊ est cõplexio vel ꝓprietas consequens ꝯplexionẽ vel cõcomitans. Ampliꝰ dispositio bona q̃ est sanitas secũdo est in membris eutrogeneis seu officialibꝰ· puta ĩ manu pede cerebro ⁊ corde· Hec autẽ sanitas non solum ẽ ꝯmensuratio calidoꝝ frigidoꝝ hũidoꝝ ⁊ siccorũ· sed etiã quãtitas mẽbrorũ numeroꝝ figuraꝝ ⁊ situũ· vñ ad hoc ꝙ manꝰ ⁊ pes possint in solitas operationes sine lesione sensibili nõ sufficit tẽperamentũ cõplexionis quod consistit in ꝯmensuratione calidorum frigidoꝝ hũidoꝝ ⁊ siccoꝝ ĩmo oꝫ manũ eẽ debite quantitatis ⁊ debite figure debiti sitꝰ ⁊ habere digitos determinati numeri· Et qꝛ membra organica ꝯponunt̃ ex similibꝰ ⁊ ab eis dependẽt sanitas organicoꝝ depẽdet a sanitate ꝯsimiliũ. Et qꝛ totũ corpus ẽ ꝯpositũ ex diuersis membris ꝯsimilibꝰ ⁊ organicis· sanitas vltimo reperit̃ in toto· Unde ex omnium membroꝝ coalternatione tã principalium ꝙ̃ non principalium· tam simplicium ꝙ̃ organicoꝝ sanitas resultat totiꝰ corporis· Sic igit̃ ad sanitatẽ totiꝰ corporis requirit̃ cõmensurabilitas membrorum cõsimilium· ⁊ coequalitas organicorum· ⁊ requiritur etiam vnitas in vtrisq̧· Unde solutio continuitatis quo ad similia vel contiguitatis quo ad officialia impedit corporis sanitatem. Sic ergo patet quid est sanitas de cuiꝰ regiẽ nos intendimꝰ· Nũc restat ostẽdere quot moĩs dicat̃ sanitas ꝙ̃tũ spectat ad propositũ nostrum· Propter quod sciendũ ẽ ꝙ sanitas nõ in indiuisibili ꝯsistit qd̕ apparet primo ĩducentibus in

diuersa membra quorum non est eadem sanitas cum appareat manifeste ea habere diuersas ꝯplexiones· ⁊ diuersas compositiones ⁊ per cõsequens diuersas sanitates quod est bene rationabile cũ habeãt diuer sas operationes· Et talis diuersitas arguit diuersaꝝ sanitatem· Galien⁹ tercio de morbo· Siquidem sani/ tas dispositio est factiua actus· Hoc etiam apparet diuersitatem considerantibus etatum· Unde puer nõ est eiusdem sanitatis punctualis sibiipsi seni· Unde secundũ aliam ⁊ aliam etatem est alia ⁊ alia comple/ xio. ⁊ per consequens alia ⁊ alia sanitas· ⁊ per conse quens indiget alio ⁊ alio regimine· ⁊ similiter diuer/ sa membra indigent diuerso regimine sicut posterius apparebit Aristoteles quinto phisicorum immo non est eadem sanitas mane ⁊ vespere· sunt enim corpora nostra in ꝯtinua alteratione ⁊ sic ꝯtinue aliter se ha/ bent ꝙ̄ prius· ⁊ sic sanitas nõ ĩ indiuisibili consistit· Hoc idem patet ex diuersitate sexuũ· Alia enim est sa nitas masculi ⁊ femelle· Hoc etiã patet ex diuersitate regionũ· Nam homines diuersaꝝ regionũ sunt diuer saꝝ cõplexionũ· ⁊ per ꝯsequens sanitatum· Hoc etiã patet ex diuersitate complexionũ naturalium· Nam homines diuersaꝝ complexionũ sunt diuersarum sa/ nitatuꝫ· Unde sanitas colerici alia est a sanitate fleu matici· ⁊ sanitas temperati alia a sanitate lapsi· Un/ de sanitatis latitudo ẽ valde magna· est tamen dare vnam sanitatem aliis perfectiorem· Et ẽ sanitas cor poris temperati in specie hũana que etiam in indiui sibili nõ ꝯsistit propter aliqua superi⁹ tacta· Et hec de prima parte huius operis·

Secūda ps de regulis sumptis a ɔplexiōe naturali

Voniam diuersoꝝ hoīm sunt diuerse ɔple/xiones totales imo nō ē possibile duos ho/mines simul eē eiusdem complexiōis totalis ꝑm gradū· consequens ē ꝙ diuersi homines indigent diuerso regimine sanitatis· G alie· iii· tegni· Cum enim regimen sanitatis sit per similia si complexiōes diuersoꝝ hominū sunt differentes oportet ꝙ per differentia conseruent᷑· Et omnino idem ɔuenit si dicat᷑ ꝙ regimen sanitatis non est per similia vt multi dicūt de corporibus multum lapsis· Nam sicut lapsi qui de/bent regi non per similia vt multi dicunt· sed per contraria sunt diuersi sic etiam eorum regimen erit diuersum. Qꝫ enim diuersa vt diuersa per idē conseruent᷑ non est bn̄ rationabile· Quot igit᷑ sunt diuersitates ī complexione naturali totali hominis tot sunt diuersitates regiminis sanitatis. Sunt enim nouem diuersitates in complexione naturali totali ipius· quaruꝫ prima est nobilissima· ⁊ est complexio tēperata ad iusticiam ⁊ ab hac ɔplexiōe tpata labi ɔtingit octo modis· quatuor simplicib⁹ ⁊ quatuor ɔpositis Simplicibus quidem in calido frigido hūido ⁊ sicco· Cōpositis quidem calido ⁊ sicco· calido ⁊ humido· frigido ⁊ sicco· frigido ⁊ hūido. Vn̄ dato ꝙ lapsus qui ē respectu temperamēti ponderis sit de necessitate ī duabus qualitatibus ꝑm sententiam sapientum· tamen lapsus a temperamento iusticiali potest eē in vna qualitate. Vocat᷑ autem temperamentum ponderis in quo elementa quatuor sunt simpliciter adequata. sic ꝙ vnum alterum non excedit nec ecōuerso· tale āt

temperamentũ est impossibile ƀm naturam. Unde ex hoc tollit̃ actio ⁊ passio elementoꝝ adinuicē ⁊ p cō sequens mixtio ⁊ mixtum. Et p ꝯsequēs cōplexio q̄ est proprietas mixti. Et respectu huius temperamē ti oīa quecũq3 sunt illa sunt lapsa in vna qualitate ac tiua ⁊ ī vna alia passiua. Unde omnis res attributa complexioni habet in se dominiu3 vnius qualitatis actiue que ē in ea loco Forme ⁊ alterius passiue q̄ ē ī ea loco materie. Unde hō qui h3 naturaliter ꝯplexi onem magis equalem labit̃ a tēperamento ponderis in duab9 q̄litatib9 puta ī calido ⁊ hũido. vñ cōplexi onata oīa labunt̃ ab hoc temperamēto in duab9 q̄li tatib9. Temperamentũ ãt ad iusticiã ē tpamentum debitũ alicui ƀm indigentiã speciei uel īdiuidui vel p tis indiuidui. verbi grã natura hũana ƀm spēm h3 v nã ꝯplexionē sine q̄ forma hũana nō p̄t eē Similiter sclaui vel īdi hñt vnã ꝯplexionē ꝓpriã sine q̄ stare ñ pñt. Similiter quilibet homo particularis h3 vnam ꝓpriã complexionem sine qua eē nō potest. Et simi liter ītelligat̃ ī complexione partium isti9 hoīs cũ il lo tpamēto pōderis q̄ ex necessitate ē ī duab9 q̄lita tibus vt ad pñs supponimus. Ab hoc em̃ tēperamē to iusticiali potest eē lapsus in simplici qualitate. Et similiter in duabus qualitatib9. Et ƀm q̄ aliter ⁊ ali ter lapsi sunt indigebuut alio ⁊ alio regimine vel con seruatiuo vel reductiuo. Unde corpus in specie hũa na temperatum indiget regimine pure conseruatiuo. ⁊ indiget pure consimilibus quantum ex parte com/ plexionis naturalis. Quod autem sit illud corp9 tē/ peratũ ⁊ q̄ sunt illa pure ꝯsimilia corpi hũano tpato

intelligit᷑ ex libris antiquorū medicoꝝ· Et hoc ad p̄sens est supponendū. Nolum⁹ enim omnia ī omnib⁹ conculcare ⁊ specialiter quia hoc negociū est non vt sciam⁹ sed vt sani ī sua sanitate conseruent᷑ ⁊ ab egritudine preseruent᷑· Sufficit ergo scire ꝙ corp⁹ tēpe/ ratū in specie hūana debet vti hiis q̄ sunt pure simi/ lia virtualiter corpori tali eo modo quo possibile ē quia scim⁹ ꝙ nihil adeo ē simile corpori temperato quin ipsum aliqualiter alteret ⁊ transmutet· Mod⁹ autem specialis regiminis huius corporis inferi⁹ apparebit vbi nos ponem⁹ regulas regimīs sanitatis sumptas a rebus naturalib⁹ ⁊ sumptas a diuersitate membroꝝ· Ex dictis aūt satis patet ꝙ corpora q̄ labunt᷑ notabiliter notabili lapsu naturali ab hoc temperamento nō īdigent eodem regimine ⁊ ex eisdem· Nam si loquamur de regimine conseruatiuo ⁊ sint calidiora temperamento natura ī specie humana indigent calidiorib⁹ ⁊ frigidiora frigidioribus. Calidiora enim calidiorib⁹ indigent adiutoriis ⁊c̄· Galie· iii· tegni· Unde videt᷑ rationabile ꝙ corpora colerica ꝯseruent᷑ in sua caliditate per colerica virtualiter que sunt calidiora virtualiter hiis quibus ꝯseruat᷑ com/ plexio corporis temperati· Hec ymaginari debemus ꝙ illa que dicimus corpus colericū conseruare in sua colericitate sint calida simpliciter· nec colerica respe/ ctu corporis temperati· Si enim que sunt colerica respectu corporis tēperati administrarent᷑ colerico nō ꝯseruarēt ipm ī sua colericitate sꝫ distraherēt a sua ꝯplexiōe naturali ⁊ facerēt ipm labi ī egritudinē· Ubi grā si colericus vtat᷑ vinis fortib⁹ alleis ⁊ pipere nō

conseruaret. Sed talia quibus corpus colericum cō
seruat' sunt respectu corporis temperati frigida. sed
respectu corporis colerici sunt calida conseruantia.
Postq̄ enim passa sunt a colerico calore conuertent'
ad eundē gradum uel ꝓpe. Unde dicim9 ꝙ corpora
colerica que ponunt' lapsa a tēperamēto iusticiali in
duob9 gradibus nō ꝯseruabunt' ꝑ calida in secundo
tpamento iusticiali. sꝫ ꝯseruabunt' ꝑ aliqua que post
q̄ꝫ passa fuerint a tali calore nō augebūt nec diminu
ent suam caliditatē ⁊ hmōi sunt frigida in primo re/
spectu temperamenti ad iusticiam. Et sic pꝫ ꝙ regi/
men conseruatiuum talium non est idem nec ex eisdeꝫ
cū regimine conseruatiuo corporis temperati. ⁊ simi/
liter intelligat' in aliis. Si autem loquamur de regi/
mine preseruatiuo uel reductiuo talium corpoꝝ pre
dictorum adhuc magis ꝓpositum hꝫ qm̄ corp9 tē/
peratū nō indiget reductiuo nec ꝯseruatiuo sꝫ cor/
pora multū lapsa puta colerica uel fleumatica indi/
gent. Si enim conseruare uellemus talia corpa in suis
lapsibus plures caderēt in egritudineꝫ qꝛ ex ꝓpria
natura apta nata sunt labi ī egritudinē quapropter
dicunt' simpliciter egra ⁊ a generatione. meli9 est ergo
ꝙ reducant'. Et quia corpora colerica lapsa in secun
do gradu caliditatis conseruabunt' per frigida ī pri
mo reducent' per frigida magis puta ꝑ frigida in se
cundo. Talis autem reductio nō erit extra terminos
complexionis colerici. sed erit infra terminos latitu/
dinis eiusdem. Et sicut dictum est de colericis idem
intelligat' in aliis lapsibus tam simplicibus q̄ꝫ cōpo
sitis. Quid etiam sit gradus ⁊ graduum distinctio ⁊

quō accipiatur apud medicum ad presens supponatur ⁊ de hoc faciam vnum tractatum.

Capitulum secundum de regulis sumptis a sexu.

Icut diuerse complexiones naturales ĩdigẽt diuerso regimine sic etiam sexus diuersus diuersam arguit complexionem. Masculi eniꝫ sunt calidiores ⁊ sicciores ⁊ in quantitate maiores et longiores ⁊ fortiores ⁊ cōiter prudentiores femellis in specie hūana quicquid sit ĩ aliis speciebꝰ in quibꝰ potest ꝯtingere femellas eē maiores ⁊ calidiores vt pꝫ in animalibꝰ uiuentibꝰ de rapina ⁊ in quibusdaꝫ entomoꝝ ⁊ pisciū de quibus ad pn̄s non est sermo. Supponamus ergo ex hiis que apparent ex dictis sapientum masculos calidiores ⁊ sicciores esse in specie hūana femellis. ⁊ femellas frigidiores ⁊ humidiores ⁊ corpore minores masculis. Vir ergo temperatior ē calidior ⁊ siccior muliere temperata. ⁊ per ꝯn̄s indiget alio regimine ꝯseruante. Et puto saluo meliori iudicio qꝰ mulier temperatissima in genere mulieris nō ĩdigeat regimine reductiuo sed ꝯseruatiuo sicut masculus temperatissimus. Masculus enim temperatissimus temperatior est in specie humana q̄ꝫ mulier temperatissima. Ambo tamen sunt infra temperamentum corporis sani simpliciter ⁊ habent illud temperamē/tum quod se extendit ad masculum ⁊ ad femellā. Qꝛ aūt masculi ceteris paribus sunt femellis calidiores supponamus ad presens ex dictis sapientum ⁊ ex signis manifestis sic patet. quo habito patꝫ qꝰ ad diuersitatem ꝯplexionum diuersorum sexuum diuersi sexꝰ

indigent diuerso regimine conseruatiuo uel pseruati
uo Hoc idem patz ex diuersitate cōpositionis ꝛ ope
rationis. Nam alia ē cōpositio in sexu femineo ꝛ mas
culino vt multa membra sunt in femellis que nō sunt
in masculis ꝛ econtra ꝛ aliter disposita. Unde in mu
lieribus est matrix ꝛ collum matricis que non sunt ī
viris. ꝛ in viris est virga virilis que non est in muli
eribus. Similiter mamille in mulieribus sunt ꝓpter
lactis generationem sed in viris non sunt ad hunc fi
nem sed propter decorem ꝛ caliditatis cordis cōser/
uationem. vnde mamille mulierum sunt maiores ma
millis viroꝝ. Amplius in mulieribus est impregnatō
ꝛ menstruoꝝ euacuatio que non est in viris. Amplius
in mulieribus est infantiuz lactatio siue nutritio. Et
sic in regimine sexus feminei egemus regulis speciali/
bus diuersis quibus non egemus in regimine mascu/
lorum. Nam indigemus regimine conseruante matri
cem ꝛ collum eiusdem matricis ꝛ preseruante a fluxu
ꝛ retentione menstruorum inordinatis Amplius indi
gemus regimine conseruante ꝛ preseruante mamillas
ad moderatam ꝛ bonam lactis generationem. Indi/
gemus etiam regimine pregnantis ꝛ parturientis ꝛ la
ctantis quorum nullo modo indigemus in regimie vi
rorum. Et de his omnibus propter artis perfectio
nem bonum ē facere capitulum singulare ꝛ de illo for
san inferius apparebit. Et erit capitulum de regulis
appropriatis sexui femineo vt differat a masculino. ꝛ
sic patet diuersitas regiminis sanitatis ex diuersitate
sexus. Et sicut oportz cōsiderare diuersitatem sexuum
in regimine sanitatis sic etiam ꝛ diuersitatem regionū

Nam homines diuersaꝝ regionum sunt diuersarum ꝯplexionū naturalium ⁊ formaꝝ diuersaꝝ ⁊ figura/rū ⁊ colorū sicut in regionibus extremis ē videre puta de sclauis ⁊ indis. Isti distant in ꝯplexiōe. Et abusio esset dicere ꝙ ex eisdem ⁊ eodem mō conserua/rent̄ in sanitatibꝰ suis Et puto saluo meliori iudicio ꝙ lapsus diuersi ꝑm diuersitatem regionum nō indigent regimine reductiuo sꝫ ꝯseruatiuo. Naꝫ secundū illos lapsus qui sunt ex parte regionis corpora non dicunt̄ egra nec egrotatiua simpliciter. nec ut multuꝫ nec ut nūc. Unde indiuidua diuersarum regionū so/lum indigent reductiuo regimine ꝑm lapsus appro/priatos singulis indiuiduis vt labunt̄ a medio latitudinis ꝓprie regionis Unde sclauus temperatissi/mus nō indiget regimine reductiuo ad ꝯplexionem climatis temperati. Vn̄ sclauꝰ temperatissimꝰ melius viuit ⁊ sanius in suo ꝓprio climate ꝙ̄ in climate tē/perato. sꝫ sclaui q sunt multū lapsi a tpamento ꝓprii climatis īdigent regimine reductiuo ad ꝓprium tē/peramentū eiusdē. sic tn̄ ꝙ illa reductio sit īfra terminos latitudinis ꝯplexionis ꝓprie ⁊ nature īdiuidui que reducit̄. Vn̄ puto ꝙ in quolibꝫ climate sunt corpora sana simpliciter ⁊ egra simpliciter ⁊ semp ⁊ multum. Corpus tamen sanum vnius regionis est sanius ⁊ perfectius alio alterius regionis. Unde corpꝰ hu/manū tpatissimū climatis tēperati dicit̄ mediū vnuꝫ equale ad iusticiā in cōparatiōe ad corpora temperata aliaꝝ regionuꝫ ⁊ respectu huiꝰ alia corpora dicunt̄ lapsa sed ille lapsus nō erit faciens talia corpa egra aliquo modo.

Capitulum terciū de regulis sumptis ab etate.

Onsequens est dicere regulas generales sani
tatis sumptas ex diuersitate etatū Supponā
mꝰ hāc diuersitatē etatū eē in hoīe tꝑato li/
bero ab occupationibus qui sit potens obedire siue
subici regimini sanitatis. Quid autē sit de corporibꝰ
lapsis ⁊ occupatis ex dictis poterit apparere. Et qꝛ
prima etas est infantium primo dicemꝰ regulas regi
minis sanitatis ipiꝰ infantis que in fine equalitatis
existit. Dicamus ergo ꝙ talis infans post parturiti/
onem ipiꝰ statim ponendus est ī aqua temperate ca
liditatis ne corpus suū alteret' ab aeris frigiditate ꝟ
excessiua caliditate. vt etiam sordes si que a matre fu
erint derelicte per aquam calidam deleant'. Sed an/
te etiam vmbilicus est ligandus nō nimis longus ne
sit maior q̄ꝫ deceat. nec nimis breuis ne sit minor q̄ꝫ d
ceat. nec debet etiam ligatura eē nimis fortis nec ni/
mis debilis ne prius cadat ⁊ citiꝰ q̄ꝫ oportet nec tar
dius. Ligatura debet eē de filo lane non nimis duro
Post abscisionem vmbilici aspergat' sanguis draco
nis uel aliquid simile vtputa ciminum sarcocolla. ue
ne citrine. Quantitas inscisionis est quatuor digitoꝝ
⁊ ligationis vnius digiti. Post casum vmbilici muli
eres gallicane saluiam solum ponere ɔsueuerūt. Alii
autem docent apponere cineres cocbleaꝝ uel plumbi
adusti vel calcanei vitulini. Consueuerunt mulieres
gallicane infantem natum nouissime ante omnia po/
nere supra nudas paleas ⁊ eundem fricare paleis tē/
perata fricatione. Et ego laudarem paleas non esse
frigidas nec calidas excessiue sed calidas temperate

Sed mos aliaꝝ est infantem recipere in gremio i pā
no lineo uel laneo temperate caliditatis. Et ut sit ad
vnum dicere recipiendus est infans in loco similiori
loco matricis q̄ꝫ possibilius est. quia mutatio subita
nocet nocumento magno Et ideo nullo modo balne
andi sunt post parturitionē ī aqua frigida sicut qui
dam barbari consueuerunt sed in aqua pura tempe/
rate caliditatis simili caliditati matricis in qua per
experientiam nos videmus eos q̄ꝫ plurimum delecta
ri. Dicunt antiquorum quidam ꝙ eoruꝫ corpora pꝰ
partum debent sinapizari sale minutissime triturato
⁊ deinde fasciari recenter. Hec enim sinapizatio vti/
lis est ad membra eorum roboranda a frigore calo/
re ⁊ similibus. Ex hoc enim eorum cutis efficit᷑ densi
or ⁊ impassibilior. humiditates ⁊ impuritates cutis
superflue consumuntur in quibus constat infantes a
bundare. Sed quia sal habet ex sui natura membra ī
fantis mordicare loco salis ad predictas intētiones
vtuntur aliqui sapientum oleo fructus glandium ex
quo membra roborantur ⁊ humiditates aliqualiter
desiccantur. Rationabile est istud in infantibus val/
de calidis ⁊ multum raris puta colericis ⁊ sanguineis
quorum membra sunt valde rara. Sed in infantibus
qui sunt in fine equalitatis secus est. In hus enim sal
magis vtile est. Et si essent fleumatici infantes eoruꝫ
sal debet esse calidius ⁊ non siccius. Amplius eorū
vesice sunt comprimende vt facilius vrinam emit/
tant. Eorum etiam nares purgentur cum digito mi
nimo cuius vnguis nullam habeat eminentiam.

⁊ ani orificium minimo digito inuncto oleo est ape/
riendum. Mulieres gallicane habent regulam specia
lem in regimine infantium quam volumus premitte
re. Dicunt enim infantes nouiter natos debere sinapi
zari farina ⁊ specialiter partes eorum inferiores mus
culosas deinde fricari cute porcina temperate aspe/
ritatis. Dicunt enim superfluitates malas ab eorum
corporibꝰ resolui. Est etiaꝫ infans balneandꝰ singu
lis diebus bis non quideꝫ pleno stomacho lacte nec
statim post lactationem sed ante lactationem. Sicut
enim exercitium debet anticipare cibum in potẽtibꝰ
exercitari sic balneum debet anticipare lactationem
in nouiter natis qui non possunt exercitari. Unde si
stomachus sit plenus lacte coruꝫ digestio corrumpi
tur propter balneum ⁊ opilationes in lateribus ge/
nerant᷑. similiter eorum dyafragma comprimitur et
in eisdem tussis generat᷑ ⁊ interdum vomitus que õ/
nia in nouiter natis nociua sunt simpliciter ⁊ euitan
da. Non debet autem balneari in aqua sapiente na/
turam siue virtutem farmacorum cuiusmodi sunt a/
que sulphuree ⁊ aluminose. sed debet esse aqua pura
fontina cuius motus sit versus orientem per terram
arenosam non lapideam nec lutosam. etiam a mon/
tibus discoopertam. aeri ⁊ soli expositam. nullius sa
poris substantie subtilis. cuius residentia nulla vel
pauca. pondere leuis. que cito calefit ⁊ cito infrigida
tur. Morentur in balneo quousqꝫ carnes eorum
rubere incipiant. Et post balneum decenter sunt fas
ciandi sicut nouerunt matrone circa hoc insistentes.
Fasciatio autem non debet esse nimis stricta ne eoꝝ

augmentū impediat᷑ nec nimis mollis ne eoꝝ mēbra indebite figurent᷑. Hec debent esse panni ex quibus fasciantur frigidi. Et si forsan in eorum membris ali quod peccatum appareat ex parte figure vel sitꝰ vel quantitatis post balneum fasciando temptari debet eorum correctio sicut nutrices infantibus suis facere consueuerunt. Et similiter in hiis quorum vna tibia est breuior alia scꝫ magis extendendo eam ꝙ̄ aliam. Post hoc autem infans lactandus est quousqꝫ dor/miat. Et si forsan dormire non velit consolandus est cum dulcibus cantilenis. Et si omnia ista non iuue/rint portandus est totus fasciatus hinc inde. Et sup omnia studeat nutrix ꝙ eius vestes non sint sordide Sed quia matronas in hiis expertas videmus ma/gis proficere in hac materia me amplius tenere non intendo. Totiens enim sunt fasciandi in die quotiēs eorum vestes sordide reperiunt᷑. Semper autē post balneum lactandi sunt ⁊ similiter post eorum vestiū sordidarum mundificationem. Si quidem eos lac su gere delectabiliter videamus quod eorundem infan tium lactandi consuetudine facile est videre tunc se/cundum ꝙ plus uel minus recipiant vnica lactatio/ne delectationem lactis secundum hoc sepius vel mi nus sepe sunt lactandi. Maior pars temporis no uiter natorum occupanda est in lactatione balneati/one dormitione ⁊ vestium sordidarum mutatione. Hec omnino nouiter nati indigent alio cibo nisi la/cte ⁊ hoc eis sit loco cibi ⁊ potus. Lac autem infanti bus conuenientius est lac matris proprie. Nam natu

ra sagax sagacitate cuius non est finis ex vna porti one sanguinis menstrui fetum generat ꝛ nutrit in vte ro matris ꝛ ex alia portione lac in mamillis generat quod quidem lac cum sit generatum ex sanguine ma xime simili sanguini qui fuit materia generationis et nutritionis infantis est eidem optimum nutrimentū quod est verum supposito ꝙ mater sit sana ꝛ debiti regiminis secundum ꝙ requirit actus nutritionis nu tricis. Et hoc est quia ex eisdem sumus ꝛ nutrimur. Quod si forsan mater proprium genitum nutrire non posset vel non velit. tunc eligenda ē nutrix sana bo ne conditionis ꝛ boni moris. etatis perfecte. cuiꝰ co lor ad nigrum declinet. ꝛ vene sunt late ꝛ colluꝫ gros sum ꝛ pectus amplum ꝛ mamille nō carnose magne. non laxe. venarum multarum. cuius lac non sit nimis subtile ꝛ serosum nec nimis grossum ꝛ caseatum. co loris albi boni odoris ꝛ boni saporis. Cuius etiam lac non sit nimis partui propinquum nec nimis re motum cuius partus fuit naturalis etiam masculus. ꝛ sit vnius mensis cum dimidio vel duorum. Et si possit inueniri nutrix similis complexionis ꝛ regimi nis matri infantis cuius partus fuerit naturalis eti am masculus non esset malum immo puto ꝙ talis es set pre omnibus eligenda supposita lactis conuenien tia in quantitate ꝛ in conditionibus ante dictis. Quod si mater proprium filium nutrire velit non eligatur alia sanitate ꝛ bono regimine habitis cum lactis suf ficientia. Quod autem sit bonum regimen nutricis ex quo lac eiusdem conseruetur corrigatur ꝛ augeat infans apparebit post vbi regule regiminis sanitatis

appropriate sexui femineo vt differt a masculo po/
nent᷑. Et non laudarez ꝙ in primis diebus partꝰ ma
ter lactaret proprium filium suum. Tum quia mater
multum alterata est a partu. tum quia lac diu reman
sit in mamillis ex quo forte potest esse corruptum. si
cut etiam ex proprio colore ⁊ substantia est videre.
Unde mulieres gallicane faciunt sugi lac ab earū ma
millis per aliquam mulierem vilem ad hoc deputa/
tam. Non est cunabulum eius mouendum ad somni
prouocationem motu violento ne eius lac in stoma
cho concutiat᷑ ⁊ digestio corrumpatur sed motu sua
ui ⁊ si sine motu cum mamilla somnus prouocari me
lius est. Moderatus fletus ante lactationem conue/
nit ⁊ specialiter ad partium spiritualium dilatatiōez
⁊ ad humiditatem capitis aliqualem euacuationem.
⁊ ad caloris temperati reuocationem ⁊ confortatio
nem. Lactentur bis vel ter in die naturali vel ad plꝰ
quater. Qz si forsan in eorum stomachis corrumpa/
tur lac ex multa ⁊ immoderata suctione ex qua con/
tingit inflatio ⁊ extensio ⁊ ventositatum multitudo.
⁊ vrine albedo longo tempore famelici sunt permit/
tendi ⁊ studium impendatur vt somnum dormiant
longum Securius est vt parum sugant lactis ⁊ sepe.
Assimilantur enim corporibus conualescentium q sic
sunt cibandi vt inferius apparebit. Bonum est etiam
ante lactationem ꝙ parum mellis despumati cum a
liquantulo vini limphati albi eisdem propinetur ꝓ
pter stomachi ablutionem ⁊ lauationem. Et specia/
liter in principio aliquid lactis in infantium oribus

mulgeat' vt minus eorum mery in actione laboret et
ex conamine suctionis eorum gule cum mery ⁊ reli/
quis instrumentis lesionem incurrant. Hoc igit' sit re
gimen infantium quousq3 dentes emittāt anteriores
Postq3 dentes apparuerint anteriores alius cibus a
lacte nutricis infantibus interdum est tribuendus. si
cut cibi lacti similes in substantia ⁊ virtute·lacte ta/
men parum grossiores· Et sunt cibi qui pauca vl' nul
la indigent masticatione cuiusmodi sunt cibaria lau
dabilia a matribus vel nutricibus eorum primit9 di
ligenter masticata vt panis in aqua mellis dissolut9
vel in aqua carnium laudabilium vel cibus fact9 ex
farina tritici ⁊ lacte animalis sicut mulieres gallicane
facere consueuerunt Aut panis dissolutus in vino be
ne aquatico interdu3 potest eis bene tribui·Aqua bo
na ⁊ pura cuius conditiones superius dicte sunt po
test etiam permisceri cum aliquantulo vini· Nec lau/
do q3 predicti cibi tradant' infantibus simul cum la/
cte· In hora enim in qua aliquis predictorum cibo
rum exhibet' infantibus abstineant a lacte quousq3
predictorum ciborum digestio fuerit perfecta· Hoc
etiam facto possunt indui ⁊ portari ⁊ balneari min9
q3 ante·Cum autem inceperint per seipsos ambulare
nutrix debet eē sollicita ne infans diuersis ⁊ inordia
tis moueatur motibus ne forte ipsius membra torq̄/
antur·nec est cogendus sedere vel ambulare anteq3 se
cundum naturam desiderium veniat· Locus in quo
sedet non debet esse durus nec asperitatem habens·
nec coram ipso debent esse aliqua ex eis que pungūt
⁊ incidunt·Custodiendus est ne ab alto loco labat'·

Cum autem dentes canini inceperint apparere ab ō/
ni re que ad masticandū dura est debet abstinere ne
forte materia predictorum dentium propter duroꝝ
masticationem totaliter resoluat᷑. Et tunc plurimum
bonum erit fricare gingiuas ex axungia galline uł ex
butiro recenti ⁊ cerebro leporis. ex hoc enim facilior
eorum fit transitus ⁊ origo. Et quia in tempore ori/
ginis dentium predictorum consueuerunt infantium
colla rubere ꝙ plurimum laudo ꝙ hoc tempore vn
gat᷑ caput ⁊ collum cum oleo rosato conquassato cū
aqua calida. Cum autem possibile est cum predi/
ctis dentibus mordere desiderant propriū digitum
masticare quapropter hoc tempore frustum paruuꝫ
radicis yreos in eorum manibus est ponendum que
non sit sicca sed inter siccum ⁊ viride mediocris. Naꝫ
ex eius masticatione prohibent᷑ eoruꝫ gingiue ab vl
ceribus ⁊ dolore. Laudo ꝙ gingiue eorum frequen/
ter cum melle despumato cum aliquantulo salis fri/
centur. hoc enim prohibet a dolore ⁊ vlcere. Quan/
do autem predicti dentes canini perfecte creuerint
radix liquirice continue masticetur. Et quanto infan
tes magis appropinquant ad tempus in quo sunt a
matre totaliter sequestrandi tanto oportet assuefie/
ri cibariis magis grossis. Tempus sequestrationis
est cum possunt alios cibos masticare perfecte. cum
scilicet omnes dentes emiserint. Et hoc tēpus ē duo
rum annorum communiter. Dicunt quidam ꝙ mas
culus tardius sequestrandus est ꝙ femella ceteris pa
ribus. Quod si infans perfide ⁊ inordinate

post tempus sequestrationis mamillaꝝ quesierit ⁊ ex illo inordinate fleuerit. epithimande sunt mamille cū aliquibus que infanti abbominationem inducant in gustu cuiusmodi sunt succꝰ absintii ⁊ mentastri ⁊ mir/re ⁊ similium. Hoc ergo sit regimen infantis quousqꝫ a nutrice sit sequestrandus. Postea tota sollicitu do parentū debet esse in meliorando mores ipsius. Et in hoc consistit duplex vtilitas vna vt crescat bo nus ⁊ fiat ei in bono habitus fixꝰ qui generat̃ in ani ma ex actibꝰ frequentatis. Et hec vtilitas est in ani ma cuius artem non habet medicꝰ sed moralis phi/losophus. Alia est attinens corpori. Nam ex malicia morū ⁊ passionū pōt in corpore generari ꝯplexionis malicia. Vn̄ sicut mali mores sequunt̃ maliciā ꝯplexi onis sic possibile ē maliciā ꝯplexiōis ex moꝝ mali/cia generari vn̄ timor in multo tpe perficit melanco/licū. Et ergo non sunt permittendi nimis tristari nec irasci nec flere nec gaudere sed medium in hiis eligi/bile est. Et si nobis appareat eorum natura vel con/stellatio inclinari inordinate ad aliquam passionem auertendi sunt ad contrarium. Auertentes enim ad ꝯ trarium ad medium veniemus sicut dirigentes ligna tortuosa facere consueuerunt. Et sic patet ꝙ in custo dia morum summa corporis ⁊ anime custodia consi/stit. Post somnum balneandus est quousqꝫ eiꝰ car nes rubere incipiant. deinde ludere permittatur per vnam horam. deinde cibandus est cibis laudabili/bus. deinde permittendus est ludere prolixius. dein de balneandus est. Post sequestrationem eorū ali qui sunt contenti exercitio parum aut nihil curantes

de balneis. sed quia eorum membra ante septimū an
num sunt multum debilia ⁊ ad motum inepta ratio/
nabile est ꝙ interdum balneentur ad membroruꝫ cō
fortationem ⁊ ad superfluorum tercie digestionis ex
pulsionem ⁊ ut membra ad augmentum preparentur
non debēt eē balnea sapientia naturā aliquoruꝫ far
macorū cuiusmōi sunt sulphurea aluminosa ⁊ similia
quia redderent̃ ex illis corpora eoꝝ inaugmētabilia
Et propter eandē cām exercitiū eoꝝ non debꝫ eē for
te multum ⁊ magnum. quia membra eoruꝫ adeo sunt
debilia ꝙ exercitium forte pati nō possunt In hoc tē
pore etatis vinum est nociuum ⁊ eo non indigent.
Nociuum quidem quia est ignem addere igni. Ha/
bent etiam neruos debiles ⁊ cerebrum quorum vinū
est maxime lesiuum. ⁊ precipue quia eorum nerui sūt
valde passibiles ⁊ penetrabiles a vino quod est op/
timus penetrator propter subtilitatem eius debitaꝫ
ex parte actionis ⁊ substantie. Vinum enim est subti
le in substantia ⁊ actione. Nec indigent vino ꝓpter
vrine mundificationem. ⁊ colere rubee cuꝫ vrina mū
dificationem. Nec propter corporis humectationem
nec propter melancolie repressionem. nec propter di
gestiue ⁊ caloris innati confortationem vt conside/
ranti manifestum est. Vinum album limphatum val
de potest eis propinari loco potus. Et quanto sunt
calidioris complexionis minus vtant̃ vino. ⁊ quan
to frigidioris plus vtantur eo. Aqua que est potus
eorum sit pura cuius cōditiones superius tacte sunt
Hoc sit regimen pueri quousqꝫ magistro tradat̃ qđ ē
tempꝰ annoꝝ sex. In hoc tempore tradat̃ magistro

qui cum doceat in moribus ꝛ sic gradatim est ordi/
nandus nec solito balneandus. ꝛ eius labor ante cõe
stionem augmentandus quia eius membra sunt soli/
to fortiora. Non sunt tamẽ apta fortibus exercitiis
ante decimumquartum annum immo forsan eis non
competit exercitium forte ꝛ magnum ante finem ado
lescentie. Usqꝫ ad duo septennia annorum non com
petit vinum nisi aquaticum sed minus qꝫ ante. Sed ĩ
terdum non est malum eis in hoc tempore ministra/
re parum boni vini propter preseruationem a gene/
ratione opilationum. Hoc sit regimen pueri usqꝫ ad
decimumquartum annũ. Unde parum deinceps dif
fert regimen corpori debitum scilicet temperato libe
ro vacare potenti regimini sanitatis a regimine trã
seuntium decimumquartum annum preterqꝫ ꝙ pos/
sunt fortioribus exercitiis uti ꝛ cibis grossioribus ꝛ
vinis minus aquaticis ꝛ paucioribus balneis ꝛ indi
gent breuioribus somnis Non indigẽt exercitiis for
tissimis nec talia exercitia sustinere possunt sine no/
tabili lesione cuiusmodi sunt exercitia luctantiũ tor
nantium ꝛ similia. nam eorum membra non sunt suf/
ficienter apta ad tales motus propter eorum imper
fectionem. sunt enim adbuc in via augmenti ꝛ talia
exercitia impediunt eorum augmentum. Et sicut
dictum est de exercitiis ita intelligatur de cibis. non
enim possunt digerere cibaria fortissima ad digeren
dum dura quemadmodum possunt illi qui sunt ĩ ter
mino adolescentie. Similiter actus venereorum non
sunt eis ita cõuenientes sicut bis qui terminum ado
lescentie sunt consecuti immo ex coitu inordinato

magnam consequuntur lesionem. Ex hoc enim corpꝰ
impeditur ab augmento. nec semen est vtile generati
oni anteq̄ membra ad perfectum augmentum perue
nerint vt patet in terrenascentibus quoruʒ semen est
imperfectum anteq̄ planta ad augmentum perfectū
deuenerit. Cum autem aliquis ad perfectum deue
nerit augmentum quod communiter supponitur cir/
ca medium quarti septennii annoꝝ ⁊ ē annus vicesī
muꝰquintus tūc est sanitas perfectissima ⁊ durat us
q̄ ad. xlv. annum. Et vocat̄ hec etas etas pulchritu
dinis ⁊ fortitudinis. Nam hoc tempore corpora sūt
pulcherrima ⁊ fortissima ⁊ in eis omnes operatiōes
sunt fortiores qđ specialiter verum ē de vitalibꝰ ⁊ a
nimalibus quicquid sit de naturalibus. In hac etate
indigemus fortioribus exercitiis ⁊ ē sufficientior ad
exercitia fortissima ⁊ multomagis q̄ aliqua p̄ceden
tium. Et minꝰ indiget balneis aque calide q̄ etas p/
cedens. sed balneū frigide aque huic soli etati ē cōue
niens vt membra reddāt robustiora ⁊ ad motū for
tem aptiora. Nec calor innatus ex p̄dicto balneo de
bilitat̄ sʒ magis ꝯfortat̄. nec augmentū mēbroꝝ im
pedit̄. Et nō dʒ hoc balneū eē aque intense frigidita
tis nec in tp̄e ⁊ hora frigidis sʒ calidis. Cibꝰ ī hac eta
te dʒ eē grossior ⁊ maioris quantitatis ⁊ minoris nu
meri. Nā debent ⁊ p̄nt respectu prioris ⁊ posterioris
etatis grossum ⁊ multum cibum accipere ⁊ raro. Que
sint cibaria conuenientia eis inferius apparebit. Po
tus debet esse vinum subtile album minus aquaticū
q̄ in minori etate propter vrine ꝓuocationē colere
mundificationeʒ ⁊ sudoris ꝓuocationē ⁊ membroꝝ

humectationem Nec debent eorum cibaria esse cali/
da nec acuta ne forte ex eis in febrem uel epatis sup
calefactionem vel humorum adustionẽ incidant. Et
propter eandem rationem vitari debẽt omnia exces
siue calida ⁊ sicca vt piper sinapis allea ⁊ similia. hec
etas indiget breuissimo somno respectu aliaꝝ prop
ter digestionis fortitudinem ⁊ robur membrorũ que
sunt instrumenta virtutum animalium sensitiuaruꝫ et
motiuarum. Somnꝰ enim ordinatur ad confortatio
nem virtutum naturalium ⁊ quietem animaliũ. Quo
ad anime accidentia summe est vitanda ira ⁊ tristicia
que sanguinem supercalefaciunt ⁊ adurunt. Hec etas
actibus venereis est conuenientior propter mẽbro/
rum perfectionem ⁊ caloris ⁊ spirituum fortificatio
nem ⁊ seminis multituminem ⁊ digestiõeꝫ Regule au
tem speciales regiminis sanitatis que sumuntur ex re
rum nõ naturalium diuersitate inferius apparebunt.
Hanc etatem sequitur consistentia cuius regimen pa/
rum differt a regimine immediate dicto. Hanc con/
sistentiam sequitur senectus cuius volumus ponere
regimen speciale sicut infantium. Notandum ꝙ to
ta intentio in regimine senum est administrare quod
calefaciat ⁊ humectet ex nutrientibus balneis ⁊ poti
bus longo somno ⁊ quiete. Et quia in stomachis se/
num fleumaꝗ multiplicatur per viam intestinorũ eua
cuare procurabimus ipsum primitus digerendo cuꝫ
decoctione ysopi ⁊ oximelle diuretico Euacuatio fie
ri potest cum pigra vel cũ decoctione volubilis ⁊ po
lipodii in qua ĩfundantᷣ carthamꝰ turbith ⁊ ȝinȝiber

Pillule etiam composite ex semine cartami ⁊ ficubus ⁊ terebentina sunt senibus ꝯuenientes ⁊ sic de illis quan titas duaꝝ auellanaꝝ uel circa De nutrientibus se num dicamus quod nutrientia senū debent eē facilis di gestionis ⁊ boni nutrimenti ⁊ minoris quantitatis ⁊ numeri minoris quam in etatibus precedentibus. A cor poribus enim senum nō fit multa resolutio propter caloris debilitatem ⁊ membrorum duriciem ⁊ sic non indigent multo cibo nec sepe sed paucus eis sufficit respectu etatis prioris. ⁊ raro propter digestiōis de bilitatem. Et ergo debent eis administrare nutriētia que in parua quantitate pn̄t corpus senis nutrire suf ficienter Et quia senes non indigent sepissima refecti one ī mo forte eis sufficit comedere semel in die natu rali ideo facilime ferunt ieiunium qđ veꝝ ē de senib9 a senectute ⁊ non a senio. Senes enim a senio q sunt sicut lucerna extinctioni parata indigent sepissima ⁊ paucissima refectione. A cibo eniꝫ multo simul sump to suffocaret᷑ eorū calor sicut paru9 ignis a multis li gnis. Et si non eis sepe nutrimentum administret᷑ ca lor naturalis humido radicali consumpto sicut lucer na ad extinguendum parata propter olei ꝯsumptio nem ⁊ lichinii illūinati paucitatē extinguet᷑. Bonum ergo puto tales dietari ter in die naturali sic quod inter primā ⁊ secundā cōestionē iteruenia t spaciū octo ho raꝝ ⁊ īter ultimā cōestionē prime diei ⁊ primā seqn tis interueniat spaciū decem uel vndecim horaꝝ ⁊ sic tercia comestio erit maior secūda. ⁊ secūda aliquātu lū maior pria. Pria cōestio erit circa secundam horā equalē diei naturalis ⁊ secūda cōestio erit circa horā

septimam ⁊ tercia circa decimamseptimā horā diei se
quentis ⁊ est circa nonam vel decimā equales. Debēt
senes preterea euitare omnia cibaria fleumatis uł me
lancolie generatiua ⁊venaꝝ opilatiua cuiusmōi sunt
grossa uiscosa solida ⁊ digestioni inobedientia. ver/
bi grā genera leguminū ⁊ genera pisciū salitoꝝ ⁊ non
salitorum ⁊ specialiter animalium marinorum ⁊ vni
uersaliter carentium squamis ⁊ spinis ⁊ carnium sali
tarum ⁊ specialiter animalium siluestrium porcorum
boum antiquorum salitorum ⁊ non salitorum ⁊ aui
um in aquis degentium ⁊ vniuersaliter cibariorū po
morum coctanorum ⁊ mespilorum ⁊ similium frigi/
dorum. olerum frigidorum puta lactucarum portu/
lacarum ⁊ similium. Senibus quoqꝫ ꝯuenientior ē eli
xatura qꝫ frixura uł assatura. ⁊ assatura qꝫ frixura.
⁊ pastillatura qꝫ assatura. Salse ex vino sunt cōueni
entiores senibus qꝫ ex aceto uel veriuto. Acetum eniꝫ
est senibus incōuenientissimū ratione eiꝰ frigiditatis
⁊ siccitatis. Et meo iudicio senectutem accelerat ⁊ cō
firmat. Item specieruꝫ genera sicut ꝫinꝫiber ⁊ cinamo
mum sunt senibus conuenientiora. Et omnia genera
specierum participantium caliditate ⁊ humiditate uł
parua siccitate. Mel senibus multum est conuenīēs
Debet autem esse album grandinosum durum insci/
sibile boni saporis cuiusmodi est mel de monte pessu
lano. Carnes castratorum iuuenum caponum. gal/
linarum. gallorum testiculi. oua recentia sunt cibaria
senibus conuenientia. Et similiter pardicum alauda
rum ⁊ fasianorum. Hec enim sunt facilis digestionis
boni nutrimenti ⁊ multi. Pisces senibus conueniētes

sunt pisces marini ⁊ inter ipsos est rogetus gornat⁹ ⁊ plagicia. Et melius est ꝙ decoquant̄ in vino cū feniculo aneto ⁊ petrosilino ut eorum frigiditas tem/peret̄ ⁊ remoueatur eorum viscositas. Lac senib⁹ cōuenit eo ꝙ nutrit cito ⁊ corpus humectat. Quibusdā autem non conuenit eo ꝙ opilationem generat. vnd̄ quibusdam ex lacte sub dextro ypocūdrio dolor ⁊ extensio contingere consueuit propter venarum stri/cturam ⁊ talibus non conuenit. Lac convenienti⁹ eis est asininum vel caprinum cum aliquali quantitate zuccari vel mellis despumati hec enim prohibēt ip/sius corruptionem ⁊ iuuant ei⁹ penetrationem. Case⁹ senibus est inutilis nisi sit bene vnctuosus non sals⁹ nec nimis recens. Butirum senibus conuenit quia eos humectat ⁊ calefacit ⁊ membra pectoralia lenit. Olera conuenientia sunt sicla vleta feniculum petrosilinū borago domestica ⁊ siluestris saluia menta ⁊ similia que ad caliditatem ⁊ humiditatem declinant. Poli/podium cum aniso est eis conueniens ad leniendum ipsorum naturas si decoquantur cum carnibus lau/dabilibus. Idem intelligatur de volubili herba cu/ius est flos albus ad modum campane ⁊ mercurialis eis conuenit ⁊ eis conueniens est oleum oliuaruꝫ maturarum ⁊ amigdalorum dulcium ⁊ ziꝫaminum. Fructus senibus conuenientes sunt ficus ⁊ specialiter sicce ⁊ passule ⁊ pruna ⁊ dactili. Et ficub⁹ quidē ī principio comestionis ⁊ aliis in fine est vtendum. Dyacalamentum etiam est eis competens ⁊ specialiter ad aperiendum opilationes laterum quas senes sepius

incurrere consueuerunt. Clistere ex oleo simplici dulci est eis conueniens interdum ad leniendum eorum naturas ⁊ ad humectandum eorum viscera. Et omnino cauere debent ab acuto clisteri ne eorum intestina siccent'. sed humidum clistere ⁊ vnctuosum ē eis vtilissimum. Debemus sollicitari in regimine senum de lenitate ventris eorum ⁊ nihil penitus de flebothomia est curandum. Et loquor de senibus a senio cuius initium ponit' in septuagesimo anno vel circa quibusdam citius quibusdam tardius. Sunt enim quidam ita male constructi corpore q̄ non possunt ad annū sexagesimum peruenire. Vinum nouum album gallicum aquaticum senibus non est conueniens nisi forsan post balneum si eos inordinate contingeret sitire Vinum senum debet eē rubeum subtile odoriferuʒ ⁊ antiquum. Tale enim vinum senes calefacit ⁊ nutrit melancoliam compescit. vrinam prouocat. iuncturas humectat. calorem innatum reparat. quibus omnibꝰ indigent senes. Acruminum generibus vti possunt si eisdem vti consueuerunt puta alleis cepis ⁊ specialiter propter opilationem venarum aperiendaʒ quaʒ sepe incurrere consueuerunt ad quod tunc valeret dyacalamentum. Tyriaca senibus multum conuenit ad aperiendum opilationes ipsoruʒ. similiter competit medicina vocata athanasia cuius descriptionem inuenies in antidotario. Potagia senibus conuenientia sunt gruellum de auena ⁊ ordeo cuʒ aqua carnium laudabilium Similiter rape cum aqua carniuʒ laudabilium ⁊ feniculo senibus sunt conuenientes.

Similiter pureta ex boraginib9 bletis feniculo ⁊ pe
trosilino senibus sunt conuenientes. Potus ydro
mellis senibus est conueniens ad aperiendum eorum
opilationes. ⁊ si sint in viis vrine decoquatur cum y
dromelle petrosilinum ⁊ specialiter macedonicum a/
pium feniculum ⁊ similia. Et si opilatio fuerit in vi
is spiritualibus addatur ydromelli capillus vene/
ris ysopus ⁊ similia. Fricatio temperata in quantita
te ⁊ qualitate senibus conuenit. Debilia membra et
dolentia senum fricatione non indigent. Debet eē fri
catio cum manibus asperis ⁊ grossis paruis vicib9
interpositis. non tamen debet esse fricatio tanta ⁊ ta
lis ꝙ membrorum ipsorum inducat siccitatem ⁊ per
consequens frigiditatem per viam resolutionis hu/
midi ⁊ naturalis calidi sicut in exercitiis immodera/
tis contingere solet. Nec debet esse parua ita ꝙ ī mē
bris senum nulla fiat resolutio cum fricatio naturali
ter ordinetur ad expulsionem superfluitatum mem/
brorum tercie digestionis ⁊ ad confortationem eorū
dem. Debet igitur esse talis ⁊ tanta ꝙ sit sufficiēs po
ros membrorum aliqualiter aperire ⁊ eorundem ca/
lorem innatum aliqualiter confortare ⁊ superfluita
tes eorum consumere vt ex hiis membra senum cali/
diora reddantur ⁊ naturaliter humidiora. Et sic pa
tet ꝙ fricatio senum non debet esse fortis quia mem/
bra desiccat. nec debilis quia calorem in membris nō
confortat. Nec etiam parua quia non sufficit poros
aperire ⁊ superfluitates consumere. Nec nimis mag/
na ne membra debilia senum vltra naturalem debili
tatem debilitet. Debet ergo esse mediocris in quanti

tate ⁊ qualitate. Tempus autē cessandi a fricatione
est cum membra senum rubere incipiunt ⁊ aliqualiter
dolere. Nec est malum circa finem fricationis inungi
manus oleo oliuarum dulci vel amigdalorum dulci
um ut membrorum senum siccitas aliqualiter tempe/
retur ⁊ calidum naturale in eis conseruetur. Laudo
hanc fricationem fieri stomacho ieiuno ante cibum ⁊
exercitium ⁊ eligatur locus temperatus ⁊ hora natu/
raliter temperata vel artificialiter. Et qui nō possūt
exerceri propter membrorum debilitatem vel prop/
ter aliquam causam in rebus mundanis suppleāt fri
cationibus ⁊ balneis. Fricentur qualibet die non solū
fricatione preparante ad exercitium sed supplente ui
cem exercitii. Et balneentur quater in mense balneo
humectante ⁊ calorem naturalem confortante ⁊ sicci
tatem membrorum obtemperante. Talia nō sunt bal
nea sulphurea vel aluminosa nec uniuersaliter sapiē/
tia naturam similium farmacorum sed sunt aque dul
ces in quibus apponi laudo camomillam ⁊ utrumq̄
sticados ⁊ bismaluam. bismaluam quidem ad mem/
brorum siccitatem. sticados ⁊ camomillam quia mē/
bra confortant ⁊ lassitudinem remouent. Et bn̄ lau/
do ꝙ circa finem balnei fricentur eorum membra ut
sordes eorum remoueantur si que sint. Et inde fricen
tur inunctis manibus oleo oliuarum ⁊ amigdalorū
dulcium ut post balneum membra remaneant humi
diora. Terminus balneationis ⁊ exitus initium est
cum digitorum pulpe incipiunt aliqualiter exaspari

Et in hoc multum debet considerari hominis dele/
ctatio· nam quidam citius balneatione attediantur·
quidam tardius De aliis considerationibus circa fri
cationem ⁊ balneum transeo quia de hoc inferius in
quarta parte hui⁹ operis patebit· Senes qui adhuc
habent membra fortia ⁊ ad exercitium bene apta nō
balneo adeo sepe nec fricatione assuescere debēt· Nā
balneum ⁊ fricatio pro magna parte utilitatis ad ex
pulsionem ordinantur superfluitatum tercie digestio
nis ⁊ caloris naturalis confortationem ⁊ membrorū
interiorum euacuationem ad que omnia exercitium
ordinatum modo debito plus valet· Membra senū
debilia exercitari non debent ne ampliorez incurrāt
debilitatem· secus est in adolescentibus in quib⁹ mē/
bra debilia naturaliter exercitantur amplius ut ma/
iora ⁊ fortiora fiant ⁊ hoc quia adolescentium virtu
tes conualescunt ⁊ senum corpora sunt decidentia un
de nulla spes est de membrorum debilium naturali/
ter fortificatione per exercitium. Et per oppositū mē
bra fortiora senum ⁊ ad exercitium apta debent pl⁹
exercitari non ad virtutis membrorum augmentum·
sed ad residui vite conseruationem. Unde si mēbra
superiora sint debilia ⁊ inferiora fortia exercitentur
magis inferiora· sed vniuersaliter ceteris paribus se/
nes minori exercitio ⁊ debilitatione indigent q̃ ado
lescentes uel iuuenes· unde fortioribus exercitiis nō
sunt apti cuiusmodi sunt bastiludia torneamenta et
itinera longa cursus ⁊ luctamina ⁊ similia· Non eniz
sunt vires in senectute· Unde hec etas vacare debet

hiis que sine virib9 sustineri pñt puta ꝯsiliis autori tatib9 ⁊ sententiis que ĩ senib9 augeri ꝯsueuerũt ⁊ nõ hiis que viribus corporis fiunt que ad etatem spec/tant priorem.

Capitulum quartum de regulis sumptis a lapsu naturali.

Voniam in precedenti capitulo posui regu/las regiminis tempati siue sani a generatiõe a quo non parum differunt egra corpora a generatione que respectu temperati sunt malaꝝ com plexionum. Volumus in hoc capitulo ponere regu/las regiminis sanitatis malarum complexionum nõ accidentalium sed naturalium. Sunt enim quidam q a principio generationis calidiores sunt ultra tẽpe/ramentum humane complexionis. alii frigidiores. et in aliis qualitatibus tam simplicibus q̃ꝫ compositis excedentes. quarum complexionum necesse est ut sit aliud regimen conseruatiuum uel curatiuum. Hec est nostra intentio loqui de parum lapsis quia taliũ re/gimen sufficienter haberi potest ex hiis que dicta sũt de regimine temperate complexionis. ⁊ ex hiis q̃ po stea dicent᷑ de multum lapsis. Sed in isto capitulo ĩ/tendimus de corporibus multum lapsis. cuiusmodi sunt sanguinei colerici fleumatici ⁊ melancolici. Pri/mo loquamur de regimine sanguinee complexionis. Est enim complexio minus mala ⁊ minus distans a temperata complexione. immo quidam dixerũt hãc complexionem esse temperatam scilicet calidam ⁊ hu midam cuiusmodi est sanguinea. qȝ utiqꝫ veꝝ est re/spectu temperamenti ponderis. Vñ hõ tpatissimus

labit᷑ in calido ⁊ humido a ponderis temperamento ⁊ sic intellexerunt antiquorum quidam complexio/nem humanam etiam in tota natura eẽ calidam ⁊ hu midam Sed complexio calida ⁊ humida respectu tẽ peramenti ad iusticiam puta respectu hominis tem peratissimi non est temperata sed lapsa ⁊ huiusmôi est complexio naturalis immo habens hanc comple xionem patitur a cachochimicis egritudinibus ⁊ v/niuersaliter ab omnibus egritudinibus quarū cau/sa est putrefactio ⁊ humorum plenitudo ⁊ opilatio ⁊ specialiter multitudo sanguinis. In tali enim com plexione consueuit multiplicari sanguis propter qđ indiget fleubothomia vel ventosa propter sanguĩs euacuationem ⁊ specialiter cum regimen habentium hanc complexionem in reliquis non est equale. Hec fleubothomia fienda est in virtute etate ⁊ ceteris par ticularibus permittentibus. in tempore veris in prin cipio vel in fine. In principio vbi dubitamus de egri tudinibus ex sanguinis multitudine ut plurimum cõ tingentibus. nam hoc tempus morbo assimilat᷑ ex re pletione. In fine cum dubitamus de egritudinib⁹ ex sanguinis acuitate vt plurimum contingentibus Et ex hoc concludit᷑ fleubothomiam in veris principio fiendam esse maiorem ⁊ in fine minorem .De venis fleubothomandis ⁊ de qualitatis ⁊ quantitatis san/guinis cognitione ⁊ de considerationibus circa fleu/bothomiam obseruandis transeo. quia per dei grati am de hoc fiet vnum capitulum speciale. Non so/lum hec comlexio indiget fleubothomia sed etiã far

matia non ad sanguinis euacuationem sꝫ mundifica
tionem ⁊ euentationem. Medicine ad hoc ǒueniētes
sunt leues ⁊ benedicte puta agaricus qui est medici/
na familiaris turbith ⁊ cartamus vt testatur Auer/
roys. Posuerunt medici experti multas medicinas
sanguinis mundificatiuas puta cassiafistulam. pru/
na. mannam. tamarindum. violas. serum caprinum.
boraginem. mirobolanos. ⁊ multa similia que in ta/
bulis salernitanis est videre. Omnes enim medicine
sanguinem mundificantes vel sunt euacuātes fleuma
quod est sanguis coctus imperfecte uel indigestus.
vel melancoliam ex sanguine grossiori per viā ebul/
litionis generatam. vel coleraꝫ ex subtiliori sangui/
ne per viam ebullitionis generatam Nam cum san/
guis ebullit quod subtile est ipsius conuertit᷑ ad co/
leram innaturalem que omniuo a corpore euacuāda
est. ⁊ quod grossius est in melancoliam conuertitur ī
naturalem. Et similiter cum sanguis digeri non pos/
sit conuertit᷑ in quoddā fleuma quod non est natuꝫ
nutrire corpus. Unde medicine euacuantes hos hu
mores predictos. sanguinis mundificatiue ab auto/
ribus nominantur. Non enim debemus vti medicina
euacuante sanguinem in sua puritate. vnde si nō pec
cet sanguis in qualitate ⁊ substantia sed solum ī quā/
titate non est adhibenda farmacia. Uñ haly refert
ꝙ Galienus ordinauit hominem interfici qui inuenit
medicinam sanguinis euacuatiuam oculis coopertis
ne eandem medicinam alium docere posset. vnde ō/
nino inartificiale est medicinaꝫ sanguinis purgatiuā

exhibere nisi modo predicto. Non sic est de humori bus aliis a sanguine. quia stantes i sua puritate quo ad substantiam ⁊ qualitatem. peccantes tamē in quā titate debent per medicinam farmacam euacuari eis/dem appropriataꝫ. Ex his patet in quo differūt me dicine sanguinis mundificatiue a medicinis euacuati uis ceterorum humorum. Nam medicine euacuatiue aliorum humorum a sanguine respiciunt humores il los vt distinctos a sanguine peccantes ī qualitate q̄ titate vel substantia. sed medicine mundificatiue san guinis respiciunt eosdem ⁊ sanguinem vt deficientes a sanguinis perfectione vel propter diminutionem caloris vt in fleumate. vel propter excessuꝫ n̄ vltima tum caloris vt in colera vel propter excessum vlti/matū caloris vt in melancolia. Non etiā multuꝫ a ue ritate remotū ē ꝙ aliqua melācolie species ex sangui ne generet᷑ a frigido cuius melancolie medicina eua/cuatiua etiam vocabitur sanguinis mundificatiua. Differunt preterea medicine mundificantes sangui/nem a medicinis euacuatiuis aliorum humorū a san guine in hoc ꝙ medicine sanguinem mundificātes sūt benigniores ⁊ minus periculose. Vnde sunt quasi quedam medicine benedicte sed sic non est de medici nis euacuatiuis alioꝝ humorū a sanguie vt a sangui ne distinguunt᷑. Vnde in tabulis illorum de salerno vbi ponuntur medicine sanguinis mundificatiue so/lum ponuntur leues ⁊ benedicte. cuiusmodi sunt me/dicine superius nominate. quarum quedam mun/dificant sanguinem fleumaticum. quedam coleri/cum. et quedam melancolicum. Medicine

autem evacuantes alios humores distinctos a sangui
ne sunt fortiores ꝛ magis periculose quod ex eo con
tingit quia tales hũores sunt minus nature obedien/
tes. quanto enim aliquis humor magis distat a san/
guine tantomagis est nature inimicus siquidem san/
guis nature est familiaris amicus. Dicamus igitur ꝙ
talis complexio calida ꝛ humida indiget medicina
sanguinis mundificatiua. sed de modo exhibitionis
talium medicinarum ꝛ similium transeo. quia de istis
fiet vnum capitulum. Hec complexio consueuit mul/
tiplicare superfluitates ꝛ specialiter tercie digestio/
nis quapropter eam habentes indigent exercitio ve
loci ꝛ forti ad predictarum superfluitatum expulsio
nem ex quibus posset opilatio generari ꝛ per conse/
quens putrefactio ĩ corporibus prouenire. Regulas
in exercitio obseruandas inferius ponam in vno ca/
pitulo speciali. Eadẽ ratione indigent fricatione mul
ta ꝛ forti ꝛ ꝙ balneentur stomacho ieiuno bis uel ter
in ebdomada vel ad minus semel. Et oportet stoma
chum habentium talem complexionem intueri. Nam
si ipsius complexio ad malum verteret humores to
tius corporis ad malum declinarent. Nam error no/
tabilis in prima digestione non corrigitur in secũda
Amplius quia hec complexio est parata putrefacti/
oni humorum bonum est vt hiis vtatur que putre/
factioni resistunt. cuiusmodi sunt frigida sicca. nõ vis
cosa. nõ pinguia. nõ dulcia. non passibilia ĩ substãtia
nõ ꝑticipãtia caliditate extranea nõ uaporosa vt sũt
fruct9 uaporosi ꝛ spẽaliter uirides ꝛ rẽcẽtes puta fic9

amigdala ⁊ similia. Similiter lacticinia ⁊ specialiter
recentia ⁊ vina dulcia ⁊ carnes humide ⁊ calide ⁊ vn
ctuose puta carnes mutonine ⁊ idem intelligatur in a
liis. Talis complexio minus leditur a ieiunio. vnde
forsan sufficit habentibus hanc complexionez come
dere in tribus diebus quater. Hec complexio in acti
bus coitus sufficientior est aliis ⁊ minus leditur a co
itu. Regule in vsu coitus inferius dicentur Hec com
plexio minus leditur a vigilia inter omnes complex
iones ⁊ plus a somno grauatur ⁊ ergo plus aliis de
bet vigilare ⁊ minus dormire. Plus autez conuenit
eis irasci ⁊ minus gaudere. similiter tristari q̄ʒ aliis ꝯ
plexionibus. Non conuenit ei vti cibis plurimi nutri
menti sed pauci ⁊ boni. Et de hoc inferius apparebit
in speciali capitulo Hec complexio consueuit ī reu
mate abuudare vnde bonum est materiam reumatis
interdum per sternutationem et interdum per gar/
garismata conuenieutia euacuare precedentibus pur
gationibus vniuersalibus. Mastix ⁊ saxifraga sunt
appropriata multum in reumatis mundificatiōe gar
garizando vel masticando vel sternutando. Hec eti
am complexio satis parata est opilationibus vena
narum. Abstineant ergo habentes hanc complexiōez
a cibariis ⁊ potibus opilationem inducentibus ⁊ v/
niuersaliter ab omnibus a quibus opilatio potest ꝓ
uenire. Vnde vitare debent cibaria dulcia vnctuosa
grossa ⁊ etiam potus turbidos grossos ⁊ dulces. de
bent etiam vitare balnea post cibum ⁊ exercitum
forte. et coire ⁊ multum bibere. Sunt enim causatiua
descensus cibi a stomacho ante perfectam

eius digestionem ⁊ ideo talis cibus veniens ad ve-
nas causabit opilationes in eisdem Hec sufficiant de
illa complexione.

De complexione colerica.

Onsequenter dicemus de complexione cali-
da ⁊ sicca. Habentes eniȝ hanc complexionē
parati sunt cadere in febres inflammatiuas.
⁊ specialiter in temporibus calidis. Unde laudo ꝙ
temporibus calidis vtantur oxiȝacra simplici cū sy-
rupo violarum vel nenufaris. Et rationabile est ut
predicti syrupi aromatiȝentur cum aliquantulo spi-
ce vel cinamomi quia predicti syrupi aliqualiter sto-
machum debilitant. Amplius aqua ordei in tempo-
ribus calidis est conueniens eis. Laudo ꝙ predicti
syrupi recipiantur cum decoctione quorūdam semi-
num deopilatiuoꝝ cuiusmōi ē semē melonū cucurbi-
te citrulli scariole apii. Et qꝛ hec ꝯplexio cōsueuit in
colera abundare ⁊ specialiter tpibꝰ calidis indiget e-
uacuātibꝰ colerā cuismōi ē reubarbaꝝ scamonea cor-
recta. mirabolani citrini cassia fistula thamarindi et
similia. Huiusmōi ꝯplexiōis regimen dȝ eē declinans
ad frigida ⁊ humida qꝛ parata ē cadere in egritudi-
nes colericas calidas ⁊ siccas. Est autē cōplexio hec
ad senectutē parata ratiōe siccitatis quapropter īdi-
get hūectantibꝰ ⁊ senectuti resistentibꝰ cuiusmōi sunt
cibi laudabiles gallinaꝝ pulloꝝ ⁊ galloꝝ iuuenū et
extremitates porcoꝝ ⁊ carnes uituloꝝ ⁊ oīa lauda-
bilia odorifera nō fumosa nec acuta sufficienter sub-
tilia. Et oīm velocis ⁊ subiti nutrimenti ē vinū. Bal-
neū aque dulcis ē ei ꝯueniēs similiter somnꝰ ⁊ fugere

vigilias ⁊ labores inordinatos mentis ⁊ corporis. Unde hec complexio minus indiget exercitiis forti/bus ⁊ plus leditur a ieiuniis. Unde habentes hāc cō plexionem cibandi sunt bis in die naturali nec debēt cibi eorum esse ualde subtiles ⁊ passibiles nec dulces nam tales cibi cum percutiuntur a calore forti in co leram conuertuntur sed debent esse cibi eorum fortio ris digestionis. Hec complexio leditur a coitu in/ordinato ⁊ est minus indigens quāuis propter cali/ditatem magis ad ipsum sit inclinata. Hec etiā cō plexio minus indiget fleubotbomia ⁊ specialiter ꝓp ter euacuationem tamē bene indiget propter sangui nis euentationem.

De complectione fleumatica.

Onsequenter dicamus regimen complexiōis frigide ⁊ humide. Regimen habentium hanc complexionem debet esse declinans ad cali/dum ⁊ siccum cuiusmodi est panis triticeus bene fer mentatus cum aliqua salis quantitate Et si addatur semen anisi feniculi ⁊ cimini erit panis magis appro/priatus. Carnes volatilium paruorum. pardicum turturum. ⁊ columbarum iuuenum. ⁊ paruorum pul/lorum sunt conuenientes eis. Carnes autē porcine et vituline non conueniunt eis. Carnes gallorum iuue/num eis sunt conuenientes ⁊ omnes carnes facilis di gestionis ad calidum ⁊ siccum declinantes ⁊ speciali ter tepore frigido. Pisces ⁊ spēaliter aqꝝ dulciū ma xie inimicāť eis. vñ pisces marini sūt minꝰ nociui eis ⁊ laudo ꝙ decoquāť ī vino cū semībꝰ calidis diureticis

Et inter alios pisces approbo ostreos ⁊ molas in dicta complexione. Hec complexio maxime indiget exercitio ⁊ minus leditur a ieiunio vnde sufficit semel ĩ die comedere. Hec debent eius cibi esse fortis digestionis Hec sit potus eius aqua vel ceruisia sed vinũ forte odoriferum ⁊ in substantia ⁊ actione subtile. Hec complexio parum fleubotbomia indiget sꝫ magis indiget farmacia fleumatis euacuatiua. Consueuit enim hec complexio fleuma multiplicare ⁊ specialiter in hyeme Vnde circa principium veris bonũ ē purgare fleuma. Primo ergo digeratur cum oximelle simplici vel diuretico uel squillitico vel cum decoctione ysopi. deiñ purget᷑ cũ dyaturbith vel cum decoctiõe polipodii ⁊ mirabolanorum kebulorum ⁊ seminis cartami in qua temperentur turbith agaricus ⁊ zinziber. Hec complexio minus ledit᷑ a coitu quia ĩ eo satis est potens quãuis parum appetat propter defectum calidi. vnde totalis dimissio coitus ĩ ea multum nociua est. Stupha est conuenientior huic complexioni ꝙ̄ balneum aque dulcis. balnee tamē aque sulphuree artificialia vel naturalia sunt ei conuenientia. Sic etiã in hac cõplexione conuenit vigilia ⁊ somnus superfluus ⁊ precipue diurnus maxime nocet.

De complexione melancolica.

Omplexio frigida ⁊ sicca ceteris est deterior ⁊ ad senectutem parator. Indiget ergo regimine calefaciente ⁊ humectante in cibis et potibus ⁊ aliis. Panis igitur habentium hanc complexionem sit triticeus sine sale cum parua

quantitate fermenti ⁊ sit panis satis mollis. Carnes eorũ sunt calide ⁊ humide cuiusmodi sunt carnes castrati ⁊ caponum antiquorum ⁊ iuuenum Vinum etiam odoriferum ⁊ subtile est de hiis que maxime cõueniunt huic complexioni. Indiget etiam fricatione temperata ⁊ exercitio temperato ⁊ balneo aque dulcis. Hec complexio indiget longo somno. Coitus est maxime huic complexioni nociuus quia coitus infrigidat ⁊ desiccat ⁊ similiter tristicia ⁊ ira. Hec complexio quia sicca indiget inter refectiones tempore breui vnde ieiunium nocet ei. Non indiget cibis fortis digestionis quia calidum innatum est debile quare etiam non potest sustinere multam cibi quantitatem. vnde minus de cibo sufficit ei ꝙ̃ aliis complexionibus sed debet ad minus cibari bis ĩ die. Fleubotbomia in hac complexione nocet sed conuenit farmacia melancolie euacuatiua. Medicine autem ad hoc valentes sunt mirabolani indi. polipodium. lapis lazuli. folliculi seneflores vtriusq buglosse ⁊ multa similia. Debet autẽ precedere digestiuum humoris melãcolici vt borago buglossa thimus epithimꝰ scolopẽdria maior ⁊ minor cappares tpamariscꝰ psidia vinum odoriferum lupulus cuscuta ⁊ similia. Fiat hec purgatio in principio veris vel in fine estatis. Hec sufficiant de regimine totalis lapsus a vero temperamento iusticiali. Quid autem sit de regimine lapsꝰ in singulis membris apparebit inferius.

Capitulum quintum de regulis sumptis ab habitudine.

Vn eodem regimine indigent pingues natu raliter plus q̄ requirat humane cōplexionis temperamentū ⁊ naturaliter macillenti. Sūt enim quidam qui ex totali complexione ⁊ composi/ tione sunt macilēti magis q̄ requirat habitudinis tē peramentum in hūana specie qđ tā ex siccitate cōplexi onis q̄ ex caliditate membrorum tercie digestionis similiter alioruȝ membroꝝ cōtingere cōsueuit. Potest preterea talis macies prouenire ex debilitate mēbro rum tercie digestionis siue ex parte compositionis si ue ex parte complexionis ratione cuiꝰ debilitatis uel membra non attrahunt alimentum. vel alimentū tra ctum non possunt digerere ⁊ sic membra extenuantur Quibusdaȝ hominibꝰ cōtingit q̄ eorū membra fortia sunt in attrahendo ⁊ tamen non impinguant' sed ma nent naturaliter macilenta quod ē ex caloris fortitu dine resoluentis ⁊ ex virtutis conuersiue membrorū debilitate ⁊ ex inhabilitate restaurationis mēbrorū Sunt enim forte membra inhabilia vt a cibo restau rent' ꝓpter eoꝝ duriciē ⁊ siccitatē ut in membris me lancolicis est videre. vel ꝓpter fortem cōsumptionē vt in colericis in quibꝰ calidum est acutuȝ ⁊ cōsump tiuum. vnde quod deberet vel posset in membra cō uerti a forti calore ante conuersionem consumit'. Ex dictis haberi potest que sunt cause superflue pingue dinis. Nam quia oppositorum naturalitnr opposite sunt cause. humiditas membrorum cuȝ caliditate ob tusa. ⁊ conuersiue fortitudo ⁊ digestiue membrorum ⁊ habilitas restaurationis ex parte mollicies ⁊ rari/ tatis sunt cause pinguedinis naturalis. siue

multe carnositatis. Differunt autem carnositas ⁊ pinguedo. eo ꝙ pinguedo est a frigido ⁊ humido nec arguit fortitudinem conuersiue sed solum digestiue prime ⁊ secunde. Carnositas autem arguit caliditatem ⁊ humiditatem ⁊ sanguinis multitudinem ⁊ digestiue membrorum interiorum ⁊ exteriorum bonitatem et ꝯuersiue similiter ⁊ restaurationem earundē unde carnositas minus vituperabilis est ꝙ̄ pinguedo.

De impinguando macrum.

Si ergo aliquis homo naturaliter sit extenuatus per carnis ⁊ pinguedinis priuationeꝫ debet uti calefacientibus ⁊ humectantibꝰ ⁊ cibis multi nutrimenti. facilis digestionis ⁊ ꝯuersionis ⁊ debet confortare membra tercie digestionis ⁊ ea ꝑparare vt alimentum melius attrahant ⁊ digerant retineant ⁊ conuertant. ⁊ debet uti hiis que siccitati resistunt ⁊ resolutioni cum magna causa extenuationis sit resolutio fortis. Conueniens est ei qui vult pīguedinem sui corporis seruare abstinere a salsis acutis acetosis ⁊ pungitiuis nisi forte vtat᷑ hiis loco saporis vt melioretur appetitus. unde triticum coctum. oua sorbilia. pultes sorbiles de farina frumenti. similiter triticum nutritum cum lacte. lac. caseus recens. amigdala. fistici. pinee. auellane. vue. galline. pulli columbarum pinguiū assataꝝ vel pastillataꝝ. similiter bonum vinum. leticiis vti ⁊ gaudiis. parum vti minutione ⁊ purgatione. balneari post cibum completa prima digestione. parū famescere. multum comedere. parum bibere ⁊ specialiter vina fortia. parum irasci sollicitari aut tristari aut coire. exercitium temperatum

fricatio temperata ⁊ omnia dulcia ⁊ vnctuosa corp⁹ impinguant· Si quis cupit membroruꝫ tercie digesti onis virtutem attractiuam ⁊ digestiuam confortare oportunum est ante introituꝫ balnei membra primo moderate fricare· deinde fortius· postea pice empla/ strari· deinde moderate exercitari· ⁊ vltimo absqꝫ tar ditate balneari· deinde siccis manibus exsiccari· post inungi pauco oleo oliuarum camomillino vel aneti no· deinde cibari cibo conuenienti· Et si etas consue/ tudo ⁊ complexio permittant fundat super membra sua frigidam aquam in exitu balnei. Finis auteꝫ fri cationis que ante emplastrum premittitur ē vt infla tio non incipiat consumi. Amplius bene scias ꝙ ver berare corpora cum virgulis quousqꝫ rubeant eorū carnes calorem ipsorum confortat ad attrahendum ⁊ digerendum ⁊ ad perfectius conuertendum nutri/ mentum attractum· Et laudamus ꝙ virgule inungā tur oleo oliuaꝝ· Nūc ponat᷑ vnum antidotuꝫ bo num ad illos qui volunt impinguari· Sumant᷑ amig dale excorticate ⁊ auellane· semē papaueris albi· gra num viride ex quo fit terebentina ⁊ exsoluant᷑ ōnia in butiro vaccino ⁊ zuccara· de quo mane ⁊ sero pa/ rum comedat᷑ ⁊ supbibat᷑ vinū bonum. Hec sufficiāt de impinguando macrū· De macrefaciēdo piguē

Ex dictis satis haberi pt̄ q̄le dꝫ eē regimen pinguium excessiue· Comedāt nancqꝫ cibaria pauci nutrimenti ⁊ magne q̄ntitatis ⁊ citi des census· ⁊ frequenter balneentur anteqꝫ comedāt· ⁊ fre quenter ⁊ festinum sit eis exercitium· ⁊ inungantur o/ leis resoluētibus· ⁊ vtant᷑ trifera minori ⁊ electuario

de lacca ⁊ interdum tyriaca. Dimittant carnes ⁊ vinū ⁊ lac ⁊ omnia dulcia. Plurimuȝ vtantur oleribus. sal sis acutis. acetosis ⁊ larga ventris solutione vtantur vrinam ⁊ sudorem prouocent. ⁊ labore multo ⁊ veloci vtant᷑ anteq̄ȝ comedant. ⁊ famem tolerent Amplius disponant se ad comedendum semel in die. ⁊ diu vigilent. vinum bibant vetus ⁊ subtile. ⁊ ad vltimū vtantur regimine contrario ei quod diximus in hoc capitulo. De hiis que macrescere faciunt sunt dyaciminum dyatrion. piperyon. Comedant autem predicta electuaria ieiuno stomacho fame instante. ⁊ pꝰ eorum acceptionem tamdiu fameant ꝙ eorum appetitus deprimatur et aliquātulum extinguatur. Et vt sit ad vnum dicere famem pati ⁊ sitim. in balneo aereo sudare ⁊ medicinas maciem facientes assumere. parum dormire ⁊ in lecto duro ⁊ multum coire ⁊ morari sub sole ⁊ in mansionibus calidis corpus pīgue macrescere faciunt. Medicamen corpus macrescere faciens ⁊ desiccans. Recipe trifere minoris. ℥. iii. pulueris pigre turbith electi ana. ℥. i. misceāt᷑ ⁊ sumat᷑ quaq̄ȝ die pro dosi eius medietas vel de tercio in terciū Amplius euacuationes ⁊ vomitus non equales macrescere faciunt sed equales impinguant. Et illud qđ plurimum extenuat est alteratio complexionis ad ↄtrarium complexionis facientis pinguedinem. verbi gratia si est caliditas frigefactio ⁊ si frigꝰ calefactio Et est notandum ꝙ maciem facientia sunt diuretica. secessiua. sudorem prouocantia ⁊ resoluentia ⁊ desiccantia. Et vniuersaliter impedientia motum alimenti ad membra. ⁊ moram eiusdem in membris extenu/

ant corpus. vnde olera ⁊ alia stupefacientia ⁊ infri/
gidantia sunt corpus extenuãtia eo q attractiua mē
brorum debilitatur. quia actractio fit a calido. Ex
dictis sufficienter haberi potest qnomodo membrū
particulare extenuatum sit impinguandum ⁊ pingue
extenuandum. Impinguandum est ex parte attracti
onis nutrimenti conuenientis ad ipsum ⁊ retentionis
eius supra ipsum ⁊ conuersionis ei9 ad naturam ip/
sius. Et hee operationes complent' per fricationem
⁊ rubificationem cum medicinis rubificantibus ⁊ cuꝫ
fricatione q̄ est fortior. ⁊ cum effusione aque calide.
⁊ vltimo cum linitione picis sicut superius dictum ē
vel cum appositione alicuius habentis virtutem pi/
cis cuiusmodi sunt vermes rubei vocati sanguisuge
terrestres. Interdum autem indigemus opere cyrur/
gico ⁊ specialiter in naso labio ⁊ aure ad incisionem
carnis indurate a calore impediente membrum auge
ri ⁊ impinguari. Si autem velimus aliquod membrū
pinguius q̄ꝫ oportet extenuare iuuat ad hoc ipsuꝫ fa
cere quiescere cuꝫ frigore suo ⁊ ligare vias cibi ad ip
sum ⁊ stringere cum ligamento ⁊ attrahere cibum ad
oppositum eius Et de epithimatibus que prohibēt
testiculum aut mamillam impinguari siue augmenta/
ri est ut sumatur chimolea ⁊ cerusa plumbi ⁊ misceā/
tur cum expressione iusquiami albi ⁊ oleo mirtino et
administretur inunctio ⁊ assiduetur epithimatio eius
cum fricatinoe lapidis in quo fleubothomatores a
cuunt sua ferramenta cum vnus super alium fricatur

cum aceto aut cum succo iusquiami albi. Amplius epi
thimatio fiat cum aqua aluminosa aceto et farina fa
barum et coriandro et similibus tribus diebus conti-
nuis deinde emplastretur mamilla cum cepe lilii tri-
bus aliis diebus et fiat hoc in mense tribus vicibus.
Et hec sufficiant.

Capitulum sextum de regulis sumptis a diuersita
te membrorum.

Ota regio corporis humani in quatuor par
tes a sapientibus est diuisa. quarum prima
est regio virtutum animalium puta cerebrum
et membra adiacentia. Secunda est regio uirtutis vi
talis utputa cor et pulmo. Tertia est uirtutis natura-
lis puta stomachus splen epar et intestina. Quarta est
uirtutis generatiue puta testiculi et membrum virile in
viris. et matrix et collum matricis in mulieribus. Et
quia hec membra sunt diuersarum complexionum com-
positionum et operationum vtique indigent diuerso re
gimine. Et incipiemus primo a capite et dicemus
de conseruatione cutis capitis et capillorum in ea si-
tuatorum. deinde dicemus de cerebro et aliis membris
sibi adiacentibus. deinde de nutritiuis. et vltimo de
generatiuis. Et ulterius nos addemus regimen mem
brorum exteriorum totius corporis et cutis omnium
musculorum siue totius corporis preterquam capitis de
qua primitus faciemus mentionem.

De conseruatione cutis capitis et capillorum.

Vod cutem capitis ab vlcere et scabie preseruat est

si cum balneari volueris primum ipm cum melle in/
unxeris. ⁊ idem facit sapo precipue in hyeme si eam
predicto modo vnxeris. Nec aliquo modo lotio ca
pitis est negligenda quin fiat ad minus bis in mense
vel in duobus mensibus ter. deinde effunde aquã me
diocriter calidam super caput ⁊ pluries anteq̃ꝫ a va
pore calido balnei calefiat. Et hoc est ꝙ quidam sa
piens cuidam regi precepit. Cum balneari volueris
primo infunde septies aquam calidam super tuuꝫ ca
put ⁊ sic dolorem capitis non timebis. Pectines q̃li
bet die caput ex pectine eburneo ⁊ sepe quoniam po
ros aperit ⁊ vapores ad superiora euaporare facit.
Et si capilli debiles fuerint ⁊ exiles lauent̄ cum lixi/
uio ex cineribus oliuarum facto. ⁊ sit lixiuium ex aq̃
decoctionis capilloruꝫ veneris ⁊ edere arboree ⁊ ter
restris. Amplius fricare radices capillorum cuꝫ o
leo anetino masticino ⁊ oliuarum eos multiplicat et
conseruat ⁊ caniciem retardat. Amplius puluis lazu
li mirabilem habet proprietatem in conseruãdo pal
pebrarum pilos. Amplius decoctio bletarum in
vino conseruat pilos barbe ⁊ specialiter si lotio fiat
post rasurã immo lotio ex vino simplici aliquid ua
let. Amplius frequens barbe ablutio cuꝫ aqua fri
gida eius caniciem retardat ⁊ prohibet depilationeꝫ
Et in hoc omnes antiqui concordati sunt ꝙ mirabo
lani kebuli conditi caniciem retardant ⁊ capillorum
colorem ⁊ specialiter nigrum conseruant ⁊ hoc pluri
rimum expertum est.

De cerebro. Sanitas cerebri

conseruat cum fumigationibus ⁊ odoramentis speci
erum aromaticarum·cuiusmodi sunt lignum aloes ⁊
ambra ⁊ herbe odorifere puta maiorana·balsamita
balsamum·viola sarracenica ⁊ similia· Hec enim ce
rebrum confortant ⁊ reuma probibent ⁊ dolorem e/
migraneum curant·⁊ hec specialiter competunt in hy
eme sed in estate fiant suffumigationes ex odoriferis
rebus frigidis puta ex rosis sandalis ⁊ similibus
Et in via cibi competunt pulli ⁊ agni iuuenes deco/
cti modica aqua. Conseruant enim cerebri sanita
tem ⁊ augent ipsius virtutem· Et sicut dicit Aristo
teles comedere paruos pullos augmentat ⁊ confor/
tat cerebrum ⁊ eius sensus conseruat·Sed comedere
grossos pullos siue gallos confortat cerebrum ⁊ acu
it visum ⁊ precipue cerebrum gallorum veterum siue
turturum mirabiliter acuit intellectum·Preterea suf/
fumigetur caput super fumum aque decoctionis ca/
momille sticados ⁊ mentastri· Amplius sternutati/
ones in ieiunio facte cerebrum purgant ⁊ hebetudi/
nem sensuum remouent·Nam vt dicit magnus auen
zoar sternutationes deopilant cerebruz ⁊ ingrossant
collum·mundificant faciem·confortant sensus· cani/
ciem retardant·⁊ dissoluunt fumositates inclusas in
cerebro· Non est ergo sternutatio negligenda· In
hyeme prouocetur a calidis ⁊ in estate a frigidis vel
temperatis· Potest etiaz sternutatio prouocari as
pectu radiorum solis· De rebus maxime conferen
tibus cerebro sunt thus·acorus.spica·sticados·maio
rana·mirabolani ⁊ specialiter kebuli ⁊ similia multa

que in areolis medicinaruꝫ facile est inuenire. Quod autem maxime nocet cerebro est indigestio ⁊ digestionis corruptio Hec enim radix est omnium egritudinum. Que autem plus intellectum purificant sunt gaudium cordis leticia ⁊ tranquillitas. Dicit eniꝫ quidam sapiens q̄ gaudium ⁊ leticia deseruiunt itellectui.

De oculis.

Anitas oculorum ꝯseruat̄ si quis abstineat a cena nocturna ⁊ ne statim dormiat stomacho pleno. Consequenter vti puluere cui⁹ recepta sequit̄. Recipe seminis feniculi partem vnā eufrasie minoris partem semis maiorane sileris montani ana partem vnam zuccari albi partem vnam ⁊ semis fiat puluis. Vsus istius pulueris omnib⁹ modis visum conseruat et confortat. Amplius suffumigare oculos supra fumum aque calide decoctiōis feniculi oculos mundificat a viscositate grossa. Et potest illa decoctio fieri ex vino albo ⁊ aqua ⁊ pōt addi in illa decoctiōe eufrasia ruta verbena ⁊ celidonia. ⁊ hoc multum sepe per me expertum est. Aspectus viridium visum confortat ⁊ inter albuꝫ ⁊ nigꝝ coleratorum. ita q̄ sit color ad medium declinans. quanto enim color magis a medio distat tātomagis debilitat siue minus confortat visum. Amplius si intueatur aqua frigida in pelui coloris uiridis ⁊ ī eadem oculi submergantur continue paruo temporis īteruallo organum oculorum fortificat ⁊ conseruat ipsis existentibus sub latitudine sanitatis. Non loquimur enim in hoc opere de regimine egrorum sed sa/

norum. Usus turturum ⁊ auium paruarum visuȝ cō fortat ⁊ similiter feniculus quocunqȝ modo sumat᷑. Utamur ergo crudo ⁊ cocto. Nihil adeo visui no cet sicut somnus cum stomachi repletione ⁊ speciali/ ter diurnus. Et idem intelligat᷑ de coitu. Amplius omnia genera acuminum sicut alleuȝ cepe ⁊ similia vi sum debilitant. Et similiter nasturcium lactuca. ace/ tum. caules ⁊ omnia vaporosa ⁊ specialiter sero vi/ sum debilitant ⁊ offuscant. Et verisimiliter suspecti de oculorum debilitate abstineant a salsis vaporo/ sis. acetosis. acutis pungitiuis. Caueant etiaȝ a frigo re puluere ⁊ fumo. ⁊ specialiter carbonū precipue ma rinorum ⁊ metallorum ⁊ argenti viui. Et similiter a vento. Et oportet vt minoretur aspectus in litteris minutis nisi interdum ad exercitium oculorum. Am plius fletus vomitus balneum nocent oculis. Napi siue rape mirabilem habent proprietatem in confor tando visum. Amplius vsus mirabolanorum cōditorū summe visum ꝯseruat ⁊ fortificat. Sup oīa ꝓcuretur lenitio ventris. Hec enī maxīe visum ꝯfortat ⁊ ꝯser/ uat. De lenitione ventris inferius apparebit in capi tulo de farmacia siue ventris lenitione. Quod pu/ rissime visuȝ conseruat ⁊ oculos corroborat ⁊ a gros sa viscositate mundificat est linire palpebras oculo/ rum cum licio distēperato cū aqua feniculi.

De auribus.

Dicūt quidā ꝙ acetū forte tepidum guttatim ī ieiuno auribus īstillatū plus ceteris medicamī bus auditui ꝯfert quia auditus īstrumētū ꝯfortat ⁊ ꝓhi/ betȝ fluxū reumatis ne ad ipm de cerebro descēdat. Et

si sit in ipso aceto succus memithe ⁊ demum auribus instilletur tunc erit in operatione sua. tunc enim op/ time meatum mundificat aurium a superfluitatibus grossis ipsum opilantibus que interdum auditum grauant ⁊ in auribus diuersas egritudines generant Amplius oleum amigdalarum amararum ⁊ nucleo/ rum persicorum auribus instillatum tepidum meatꝰ aperit ⁊ confortat. Summopere cauendum est ab omni tumultu omniqꝫ strepitu molendini uel aquaꝝ ab alto cadentium quoniam adeo audituꝫ ledunt vt vix vox socii possit audiri. Et dicunt medici ꝙ istd quod pre ceteris audituꝫ conseruat ⁊ preseruat ē suf fumigare aurem supra fumum aque calide. ⁊ si in ip/ sa bullierit absinthium vel pulegium vtile erit. Ca ueanduꝫ est preterea ne quis balneetur in aqua lutosa ⁊ immunda ne aures ingrediens immundet ⁊ opilet.

De odoratu.

Uod sanitatem odoratꝰ conseruat est mun. dificare nares studiose a grossa viscositate ut in ipsis nihil de ipsa maneat. Nā hec ma/ nens in naribus fetorē generat ⁊ olfactum corrūpit. Caueat quis ab omni fetore ⁊ maxime in angustis ⁊ profundis habitaculis opacū ⁊ corruptū aerem ha/ bentibus in quibus sol intrare nō pōt ut ipos uapo res corruptos consumere possit ⁊ aerem ab ipsis mū/ dificare. Nam ex corruptione aeris corrumpuntᷣ spi/ ritus animales. Et assuetus fetore adeo leditur ꝙ in fetoris absentia olfactus assueto fetore corrup tus fetorem sentire non cessat. Ideoqꝫ odorem re rum redolentiuꝫ ex assuefactione mala nō pt sentire

Nam necesse est q̄ assuefaciat odorare redolentia ⁊ specialiter per suffumigationem re℞ redolentium a/ romaticarum puta ligni aloes ambre ⁊ boni cinamo mi ⁊ odoret specialiter muscum ad conseruanduȝ spi ritum animalem. De ore.

S sanū conseruabit᷑ si ante comestioneȝ ⁊ p⁹ cū aqua calida abluat᷑. hoc em̄ mūdificat et hūiditates gingiua℞ a capite descēdētes au fert ⁊ desiccat. Et dixerunt quidaȝ sapientū q̄ denti fricium factū cū puluere gariofilo℞ nucis muscate et spice nardi qualibet die in ieiuno fetorem oris remo uet. Si dissoluat᷑ aliquantulū masticis in oleo rosa/ to ⁊ inungat᷑ palatum confortat ⁊ conseruat ipsum. Caput leporis combustum puluerizatum ualet ɔtra cancrum gingiuarum ⁊ palati. De lingua.

Ingue sanitas ɔseruat᷑ cū ablutione facta in ieiuno ⁊ cū mellis fricatione ⁊ zinziberis pul uere. Hec enim linguā attenuant ⁊ ei⁹ graui/ tatem remouent. Ampli⁹ aues parue in assatura vel pastillatura vel frixatura valent in grauedine lingue Nuces lingue inimicant᷑ vnde ab eis est abstinenduȝ in sanitatis lingue conseruatione. Caules competunt in lingue grauedine comesti ⁊ masticati. vnde infan/ tum accelerant locutionem ⁊ ambulationem. Cufor/ tant enim musculos ⁊ articulos. Amplius tenere in o re species aromaticas ⁊ specialiter in ieiuno. puta ga riofilos cubebas linguaȝ a grauedine liberat ⁊ ad lo quendum facilitatem dat ⁊ eius sanitatem ɔseruat. Hec sufficiant de regimine sanitatis tocius capitis.

De mery ⁊ canna pulmonis.

Onsequēter dicam⁹ de regimine sanitatis mery ⁊ canne pulmonis Dicamus ergo q̄ mery ⁊ canna pulmonis oseruant' cum potu brodii pinguium gallinaꝝ ⁊ carnium semiannualis agni cum dulcibus rebus coctarum ⁊ specialiter cuꝫ liquiricia. Et si cum predictis carnibus caulium summitates decoquant' erit laudabilis potus. Potus vini dulcis valet ad idem. Ossa mollia castratorum iuuenum multum competunt in conseruatione mery ⁊ cāne pulmonis leniendo confortando mollificando et meatus pectoris elargando. Non comedat quis ossa paruarum auium pullorum pardicum piscium spinosorum ⁊ similium Non comedat carnes grossas q̄ vix digeri possunt. Abstineat a salsis acetosis ⁊ oleo antiquo. nam hec omnia ledūt cannam ⁊ mery. Amplius oua mollia competunt in conseruatione dictarum partium. Amplius liquiricia comesta ⁊ eius decoctio gargarizata ⁊ potata valent ad idem Qui patit' casum vuule seu elongationē precauere debꝫ a uomitu ⁊ specialiter inieiuno. Amplius qui desiderat cōseruationem dictorum membrorū caueat a potibus frigidis actuali frigiditate ⁊ specialiter aque frigide Ex hoc enim potu habentes talia membra debilia incurrere possent spasmum mery ⁊ per consequēs mortem ex defectu alimenti attracti. Nam mery mortificatum a frigido potu nequit eē mediū attrahēdi siue trāsglutiēdi. hoc em̄ mō Galien⁹ vnū ex īfirmis sinochū vel causonē patientē ex potu aque frigide morti tradidit. quia ipse non preuidit ei⁹ mery debilitatē

⁊ complexionis eius frigiditatem. De pulmone

E conseruantib⁹ ⁊ ꝯfortantibus pulmonem sciendum ꝙ cicera in alba zuccara fracta mūdata a cortice exteriori decocta cum lacte caprino vel cum butiro recenti pulmonem nutriunt ⁊ ꝯfortant. Ad idem valent penidie ⁊ amigdale specialiter amare a cortice exteriori mūdate. Amplius lac caprinum stomacho ieiuno ad idem valet. Et similiter canna mellis ⁊ passule enucleate stomacho ieiuno. Salsa. acetosa pungitiua acuta contrariātur pulmoni. Mirra sub lingua retenta pulmonem confortat si illud quod ex ea liquefit paulatiue traiciat̄. Amplius succus caulium clarificatus cum melle transglutitus pulmonem confortat ⁊ conseruat ⁊ vocem clarificat. Amplius pinee. amigdale. liquiricia mundata multum iuuant pulmonem ⁊ eius canales ⁊ pectus. Amplius vinum nouum dulce coctum ⁊ per decoctionem a substantia grossa depuratum plus ceteris ꝓdest pulmoni ⁊ eius canalibus ⁊ superiori canne ante cibum sumptum ⁊ post cibum. Pulmo vulpis mirabilem habet proprietatem in pulmōis hominis cōseruatione ⁊ confortatione. Ad idem valent cācri fluuiales ⁊ ostree terrestres ⁊ limacie sunt optime secundum ꝙ declaraui in quodam tractatu quem composui de emoptoica passione ⁊ ptisi. si quis videre voluerit videat quia volo me breuiter expedire.

De corde.

Onsequenter dicam⁹ de cordis ꝯseruatione ⁊ ꝯfortatione. Et ē sciendū ꝙ summope fugienda sunt ad iram ꝓuocātia ⁊ angustiam q̄

sicut testatur sapiens quidam cor duos habet noci/
uos hostes scilicet desperationem ⁊ tristiciam Ex de
speratione prouenit torpor ⁊ pigricia Ex tristicia ue
ro senectutis festinatio. Hec ergo duo genera mul/
tum cordi nocent. sed tristicie nocumentum maius est
quia naturalem calorem extinguit ⁊ spiritum profun
dat ⁊ compositionem cordis dissoluit ⁊ tandem inter
ficit. Habens ergo iram ⁊ tristiciam eas a corde
suo expellat. ⁊ leticie gaudio paci exercitio delecta/
bili ⁊ venationi cum auibus venatorum intendat.
Nam hec gaudium leticiam ⁊ audaciam generant et
animum confortant Uti cibis subtilibus puta car
nibus pullorum. columbarum. gallinarum. pardicum
turturum. agnorum. capreolorum. ⁊ ceteris cibis sub
tilem sanguinem generantibus conuenit in cordis cō
seruatione. Amplius euitandus est aer fetidus ne
bulosus impurus. Non enim potest spiritus vita/
lis conseruari nisi cum attractione boni aeris ⁊ boni
odoris ⁊ ex hoc etiam cor conseruatur Uinum bo
num subtile odoriferū est de maxime confortantibus
cor. Nihil reperitur quod adeo confortat cor et
spiritum ⁊ calorem naturalem euigilat. sicut bonum
vinum odoriferum vetus moderate sumptum in esta
te mediocriter limphatum. Uinum enim sangui/
nem mundificat ⁊ eius tenebrositatem remouet preci/
pue si cum sonis ⁊ melodiis sumatur. Multum e/
tiam iuuat sedere in locis amenis vt puta in virida/
riis et pratis scilicet vbi sunt herbe odorem delecta/
bilem producentes. Et in orto in quo sunt

cursus aquarum ab alto cadentium ad ima suauiter ⁊ sine magno strepitu. Strepitus enim ledit animum ⁊ auditum. Et dicunt sapientes ꝙ audire instrumenta musicalia expellit ab animo strepitū ⁊ a corde tristiciam ⁊ stuporem. Sed nota ꝙ dilectus socius ⁊ amicus bonus ⁊ solaciosus narrationibus ⁊ instrumētorum delectationibus supplet melodiam. Et ut sit ad vnum dicere virtus cordis conseruatur subtilibꝰ cibis ⁊ conuenientibus. odore laudabili tranquillitate gaudio ⁊ dimissione eorum que tristari faciunt ⁊ renouatione rerum delectabilium puta vestium et familium ⁊ habitatione cum dilectis Et nota ꝙ syrupus compositꝰ ex succo buglossa vtriusqꝫ ⁊ seta cruda summe cor confortat. Nam hec sumpta simplicia vel composita confortant cor. Et est notandum diligenter ꝙ eorum que confortant cor quedam sunt tēperata vt iacinctus. aurum. argentum. buglossa. Alia sunt calida sicut duronicum. zedoar. zuscus. ambra ⁊ seta cruda ⁊ amboben. crocus Et gariofili sunt mirabiles ⁊ lignum aloes crudum. ⁊ mellissa ⁊ semen eius ⁊ cardamomum. cubebe. smaragdus ⁊ enula ⁊ mirabolani. Alia sunt frigida puta margarita. carabe. camphora. corallus. sandali. ⁊ rosa ⁊ spodium ⁊ lutum sigillatum. Et ex eis est coriandrum siccum et humidum. sed vsum coriandri inhibeo nisi ante preparetur modo consueto quia aliter habet naturam veneni. Amplius scias ꝙ oua gallinarum mirabiliter confortant cor generant enim sanguinem cordi ꝓporcionalem vnde mirabiliter competunt in cordis

seruatione ꝛ habentibꝰ cor debile naturaliter.

De stomacho.

X sanitate stomachi totius corporis sanitas noscitur dispensari. Nam stomachus se habet in animalibus sicut radix in arboribus. Si/cut enim a radice venit alimentum ad totam plantā vnde si radix non nutriatur tota planta arescit. ꝛ si nutrimentum non sit conueniens planta non diu durat. sic etiam si stomachus non nutriatur ꝛ cibus in stomacho non digeratur totuꝫ corpus arescit. ꝛ similiter si digestio corrumpatur ī stomacho mēbra cetera nō nutriuntur. Error enim notabilis factus in prima digestiōe nō corrigitur in secūda nec in tercia ꝛ sic alimentum est ineptum ad hoc ut conuertatur in nutritum ꝛ per cōse/quens deficit vita. Et cum vita per alimentum cōsi/stat multum sollicitari debemus in custodienda sto/machi sanitate. Ad custodiendam igitur stomachi sanitatem iubent quidam sapientum semel in mense uomitum prouocare cum aqua calida ꝛ aliquantulo aceti Hoc enim mundificat stomachū a sup̄fluitatibꝰ cibi ꝛ potus ꝛ humoribꝰ malis. Ampliꝰ comedere vuas passas inieiuno cum granis suis stomachum cōfor/tat ꝛ rectificat eius malam cōplexionem. Absinthiuꝫ ꝛ spica nardi in potu eum ꝯfortant ꝛ sanū ꝯseruant. Emplastrum ex mastice ꝛ ligno aloes cōfortat stōa/chum ꝛ eius malam complexionem rectificat. Amplius potus absinthii soluit stomachi duriciem ꝛ expellit ab ip̄o grossos fumos. Et volēs ꝯseruare stomachū vtatur cibo facto ex auibꝰ sicut p̄dicibꝰ. turturibꝰ iuuenibus in aqua coctis. Caueat ne comedendo

aquam frigidam bibat nisi forsan in fine comestiōis
si fuerit ea assuetus ⁊ aliter non ⁊ parum bibat ex ea
Amplius syrupus rosatus aromatizatus cum ligno
aloes stomacho prodest ⁊ sanitatem eius conseruat.
Dicit Aristoteles ꝙ sumere in ieiuno ʒ iii electuariī
de ligno aloes ⁊ de reubarbaro confortat calorē sto
machi ⁊ adiuuat digestionem ⁊ eius orificium a fleu
mate mundificat procurat appetitum ⁊ ventositatē
remouet. Et similiter aqua rosarum cum mastice ⁊ car
nibus citoniorum rectificat stomachum. Amplius
inunctio stomachi ex oleo de mastice dig[illegible] em e
ius ⁊ complexionem rectificat. Ampliu[illegible] ultum ap
probo vsum coriandri cōditi in cui⁹ cōdimento ad
dat' ligni aloes ʒ i gariofilorum spice nardi sandali
muscatelli ana ʒ semis cinamomi electi melanopipe
ris ana ʒ i ⁊ semis fiat puluis Fiant ergo tres libre
coriandri cōditi ⁊ addat' predict⁹ puluis. Amplius
euitent' genera fructuū sc3 poma pira mespila auella
ne grana pini ⁊ euitent' oīa lacticinia ⁊ medulle ⁊ ce
rebella ⁊ maxime quadrupedum. Et vniuersaliter ō
nia interiora magnorum animaliū quadrupedū Vti
tamen possunt cerebella gallorum ⁊ gallinarum ⁊ ce
teraꝝ auiū p̄terꝗ̄ auiū degētiū i ripis aquaꝝ. Pelli
cula interior stomachi gallinarum mirabilē propri
etatem habet in stomachi hominis conseruatione.
Et scias ꝙ omnes medicine ⁊ omnia facientia abho
minationem stomacho inimicantur. Amplius retē
tio fecum ⁊ ventositatum est de hiis que debilitant
stomachum. Et coitus immoderatus maxime de
bilitat stomachum. Suspecti igitur de stomachi

debilitate et passionibus eius contineant. Amplius vigilia immoderata summe debilitat stomachum et etiam dimissio exercitii. Et vomit9 laboriosus debilitat stomachum ymmo ipius continuatio mortez inducit. Et hoc uidi per experientiam. attamen vomitus non laboriosus est iuuatiu9 ꝛ laudabilis ex parte purgatōis. Amplius ex debilitantibus stomachū sunt ceruisia et uinum nouum non defecatum. Et similiter potus inter duas comestiōes digestione stomachi adhuc nō ꝯpleta stomachū debilitat. Amplius scias ꝙ mētis curiositas ꝛ ingenii sollicitudo sunt de his que maxime stomachum debilitant. Summe vitāda est repletio nauseatiua et multiplicatio ferculorum et eorum interruptio et similiter eorū difformitas ꝛ mense prolongatio ꝛ mala masticatio ꝛ potus multiplicatio. Hec enī omnia digestionē corrumpūt ꝛ stomachum debilitant. Hec sufficiant de conseruatione sanitatis stomachi. De epate Consequēter dicamus de sanitatis epatis conseruatione Dicam9 ergo ꝙ decoctio reubarbari reupōtici absintii eupatorii rose et lacce administrata in ieiuno confortat epar debilitatum. Et similiter electuarium de lacca ꝛ rosis. Et similiter comestio carnium subtilium ꝛ laudabilium puta pdicum iuuenum ꝛ similium cū ciceribus decoctaꝝ uel assatarum non ad carbones sed cū aqua calida. hec enim melior est assatura. Nā illa que fit ad carbones non euadit ab adustione uel siccitate nimia nisi custodiatur diligenter. Sed assatura que super aquam fit calidā equaliter et uniformiter fit et ab adustione securatur Vue passe ꝛ ficus

albe epar magnificant. Nã quoniam epar in dulcib9 delectatur ideo facilius ea appetit ꝛ auidius. Et huius probatio est quoniam si anser vel gallina ficub9 sit impinguata carnes eorum pingues erunt ꝛ humide ꝛ delectabiles ꝛ ius eorum delectabilissimum. Ficus vero ꝛ vue passe si comedãtur in ieiuno epar deopilant ꝛ confortant ꝛ eius complexionem rectificant. Et similiter pulli parui in modica aqua decocti in cibo sumpti epar conseruant ꝛ confortant. Amplius notandum ꝙ vsus malorum granatorum dulcium ꝛ vuarum passarum magnificat epar ꝛ in tantũ eius malam complexionem rectificat ꝙ comedentem ridere facit. Vinum etiam subtile in substantia moderate sumptum epar calefacit ꝛ deopilat ꝛ confortat ꝛ conseruat. ꝛ eius sanitas totum corpus in sanitate conseruat. Amplius scire debes ꝙ intromittere cibuꝫ super cibum scꝫ indigestum ꝛ error ordinis eius ē ex rebus magis nociuis non solum epati sed etiam stomacho. Et similiter potare subito aquam frigidaꝫ in ieiuno ꝛ post balneum coitum ꝛ exercitium quãdoqꝫ perducit ad infrigidationem vehementem epatis et ydropisim. Et si aqua frigida quis indiguerit propter epatis inflammationem non recipiat eam solam sed cum aliquantulo vini ut non infrigidet᷑ vehemẽter. Nec traiciatur impetuose transglutiendo sed paulatiue sugendo. Amplius scias ꝙ omnia viscosa epati nocent ex parte qua faciunt accidere opilationẽ Et ex eorum summa est frumentum non omne sꝫ glutinosum. Et supposito ꝙ bene digeratur in epate

causabit in membris sequentibus opilationem. Et si militer vinum dulce opilat epar ⁊ deopilat pulmo/ nem. Huius autem causa est quia vinum dulce non gradatim venit ad epar ex hoc ꝙ epar multum dili/ git ipsum quia dulce ⁊ propter facilez eius penetrati onem quia potus ⁊ quia calidum quare non morat᷑ ea quãtitate qua separet᷑ fex ab eo immo peruẽit ad epar cum grossitudine sua. Inuenit enim vias scꝫ me seraicas paratas. sunt enĩ ample ⁊ vene in epatis sub stantia sunt ualde stricte. Cũ ergo ad epar peruenit non morat᷑ quantitate qua digerat᷑ immo expellitur subtile in venas strictas velocitate sue penetratiõis ⁊ remanet sedimen propter viaꝝ ostrictionẽ. Sed ĩ pulmone cõtrarium euenit. Nam ad pulmonem ve/ nit vinum dulce cum iam colatum est a via meatuum mery p viã resolutionis ex meatibus strictis ad am plos. Aut ex via cõcaue cum iã dimisit fecem. Et va dit adhuc illuc cũ sit colatum ⁊ transit ex meatibꝰ stri ctis ad amplos quare colat᷑ vice alia. Et bene scias ꝙ medicine in quibus ẽ amaritudo qua fiat apertio ⁊ stipticitas quedam qua fiat confortatio ⁊ odor cõ ueniens substantie spũs probibens a putrefactione sunt inquantum huiusmodi medicine epati conueni/ entes ⁊ huiusmodi sunt cinamomum. sticados. absin thiũ. mirra. spica. crocꝰ ⁊ similia. Scias ꝙ auellane cõ uenientes sunt epati omni quoniam non sunt vehe/ mentis caliditatis ⁊ sunt apertiue ⁊ eaꝝ chimus ẽ bo nus. Et epar lupi ⁊ carnes limaciaꝝ ouenientes sunt epati cum proprietate que est in eis. Et similiter spe/ cies endiuie ⁊ specialiter illa in q̃ ẽ maior amaritudo

Epati enim calido competunt ratione proprietatis ⁊ deopilationis ⁊ amaritudinis ⁊ alicuius stipticita tis. Si igitur epar sit calidum species endinie admi/ nistrent cum melle ut earum frigiditas temperet. Et hec de epatis conseruatione. De splene

Onsequenter de splene dicendum est. Nam splen est instrumentum ridendi. Habẽtes eñ splenez bene dispositũ ⁊ fortẽ ad mundificã dum sanguinem grossum ⁊ turbidũ ex quo corp⁹ nõ põt b ñ nutriri naturaliter sunt leti ⁊ sine tristicia. Et per oppositum splene existente debili sanguis gross⁹ ⁊ turbidus manet in venis ⁊ mouet ad cor ⁊ ad cete ra membra corporis ⁊ ideo reddit hominem tristem ⁊ melancolicum. Bene ergo sollicitari debem⁹ de sa/ nitatis ipsius conseruatione. Confortet enim corpus splenis cum cibis bene nutrientibus ⁊ deopilantib⁹. cuiusmodi sunt gallina cocta cum modico brodio et carnes pulline ⁊ eduline cum modico aceto condite ⁊ lac nouiter mulsum cum modica zuccara ⁊ eligat lac caprarum ⁊ camelinum. Hec enim splenis opilationẽ aperiunt ⁊ eius sanitatem custodiunt. Et vinum rube um in comestiõe sumatur. Et generaliter omne quod impinguat prodest spleni. omne enim tale restringit splenem ⁊ ipsum temperate diminuit. Paruitas sple/ nis significat bonam complexionem corporis ⁊ eius grossicies contrarium. Absinthium etiam in potu cum melle sumptum prodest spleni. ⁊ eius complexi/ onem rectificat. Et dicunt medici ꝙ bibere aquam vel vinum q̃diu steterint in vase tamarisci confor/ tat ⁊ conseruat splenem. Caueat quis a grossis ⁊ stip

ticis Fructib9 cuiusmodi sunt pira mespila sorba co/
ctana ⁊ similia quoniam orificia splenis constringũt
⁊ articulos debilitant. Caueat similiter a grossis car/
nibus puta bouinis. caprinis. ceruinis. ⁊ porcellinis.
Et ab omni legumĩe. ⁊ ab omni quod fit de lacte pu
ta caseo ⁊ lacte acetoso. Hec enim omnia epar ⁊ sple
nem ledunt ⁊ coleram nigram generant. Et vtat᷑ vi/
no albo vel citrino quod splenem attenuat ⁊ opila/
tionem aperit ⁊ eius grossiciem suptiliat. Et dicũt q
dam empericorum ꝙ sanitatem splenis conseruat ut
quando ire velis sinistrum pedem ante dexterũ mo/
ueas ⁊ hoc in ascendendo ⁊ descendendo seruet᷑. Hec
sufficiant de splene.

De intestinis.

Jcam9 quomodo intestina in sanitate cõser/
uant᷑. qđ fit cũ a fecib9 in eis contentis mun
dant᷑. ⁊ similiter cũ ab hũore viscoso qui ĩ eis
multiplicari consueuit uel ex regiminis malicia uł ex
debilitate mundant᷑. nam hic humor interdum impe
dit exitum fecum naturalẽ. Mundant᷑ ergo intestina
a fecibus ⁊ humore viscoso cum potu aque mellis in
ieiuno ⁊ cum comestione ficuum siccarum pinguium
in ieiuno vel cum potu aque decoctionis earum. Et
ad idem valet brodium pingue agni annualis deco
lierum in complexione etate ⁊ habitudine ⁊ sic de ali is. sed quia hoc non pertinet ad presens op⁹ trāseo. Sufficit autem ad pn̄s scire ꝙ si menstrua alterentur a dispositiōe propria naturali siue talis alteratio sit ex mala dispositiōe totius uel matricis sunt causa no cumentorum supradictorum Studendū igit᷑ ē ꝙ sint in ꝓpria naturali dispositione cōseruādo si fuerint vel reducendo si nō fuerint quod quomodo fieri po test sufficienter haberi pōt ex supradictis capitulis sumptis ex diuersitate conplexionis etatis ⁊ habitu dinis ⁊ ex hiis que superi⁹ in hoc capitulo dicta sūt de hiis que matricem confortant. In hoc igit᷑ termi/ net᷑ regimen sanitatis appropriatum sexui femineo ⁊ per consequens secunda pars huius tractatus.

Tercia pars. capitulum primum de regulis sump/ tis ex parte elementorum nostro corpori occurrenti/ um ab extra.

On debet eē terra cuius habitatio eligit᷑ lu/ tosa nec scenosa nec fetens nec limosa nec su/ per quaꝫ uirt⁹ metalli sit superās nec sulphu rea/nec aluminosa nec in qua sint uel fuerint mortuo rum cadauera nec malis herbis aut arboribus fecun data sꝫ bonis puta vineis salicib⁹ arbore pini ⁊ si/ milib⁹ amicabilib⁹ nostris corporib⁹. Sūt eniꝫ que/ dam plante q̄ multū inimicant᷑ nobis sicut experien tia docet de arbore nucū ⁊ de aliis multis arboribus ut persico ⁊ populo arbore sambuco ⁊ ficu. Terre igi tur fecūdate hiis arborib⁹ nō sunt bone habitatiōis Et similiter intelligat᷑ de herbis. Sūt em̄ quedā vene

nose herbe quibꝰ terra fecundata non est conueniēs habitationi vt est elleborus esula solatrū mortale et similia. Et per oppositum fecundata bonis herbis et odoriferis est ꝯueniens habitationi nostre. Amplius non debet esse terra cauernosa inter montes inclusa. nec nimis montuosa. Et terra melioris habitatiōis dꝫ eē discooperta ⁊ ab oriente ⁊ septētrione. Nā illi duo venti sunt magis purificantes aerem illius habitationis. Vnde ⁊ in mansionibꝰ bonū ē fenestras esse septentrionales ⁊ orientales nō meridionales nec occidentales. ⁊ hoc verum est regulariter sꝫ interdū cōtingit per accidens ventum septētrionalem esse deteriorem meridionali. possibile enim est ꝙ ventus transeat per aliquam partem septētrionis niuibus occupatam vel adustam vel minerosam vel lutosam vel corruptam aliquo modorum corruptionis supradictoruꝫ ⁊ sic ventus septētrionalis erit impurior ⁊ minus eligibilis. Et similiter intelligitᷣ de parte oriētis Bonum est igitᷣ interdū per accidens fenestras habitabilis terre seu spiracula esse a parte meridiei uel occidentis ꝙuis regulariter contrarium sit eligibile. Vicinitas quoqꝫ aquarum dulcium currentium multarum ⁊ mundarum que in hyeme cito infrigidantur ⁊ in estate cito calefiunt ⁊ similiter pratorum viridium non vmbratorum multis arboribus est res cōueniens habitationi ⁊ adiutorium prebens. Propinquitas autem marium facit terram habitabilem esse multe humiditatis vnde talis terra ē multum reumatica sed in partibus septētrionalibus talis propīquitas est habitationi conuenientior. Nam ex hoc terra

fit temperata in actiuis qualitatib9. Nisi enī eēt ma ris ꝓpinquitas nimis declinaret ad frig9 ꝓpter so lis distantiā a capitib9 eoꝝ nec eēt magn9 laps9 ī hu mido eo ꝙ illa terra declinat ad siccū pl9 aliis terris habitabilib9. Vñ ex marium propinquitate non est tantus excessus in humido sicut in partibus meridiei Unde maris propinquitas in partibus meridiei est min9 habitationi ꝯueniens. Nam ex hoc terra calidi or efficit᷑ ⁊ humidior q̈ȝ oportet. ⁊ disponens corpo ra ad egritudines putridas. Similiter ꝓpinquitas maris ex parte orientis terram habitabilē humidio rem facit q̈ȝ ex parte occidentis ⁊ ideo magis est vi tuperabilis in sanitatis regimine q̈ȝ in partibus occi dentis. In partib9 eñ occidentis nō est tanta humi ditas in aere continente ex maris vicinitate sicut be ne scitur ex principiis naturalis philosophie. Et si militer in partibus orientalibus ⁊ occidentalib9 eo rum que non sunt nimis septētrionales vituperabi lis est marium propinquitas. Et ꝓpinquitas ad a quas dulces claras currētes que in estate cito calefi unt ⁊ in hyeme cito infrigidant᷑ ē eligibilior.

De aqua.

T non solū cadit electio in terra habitabili sȝ etiā in aq̄ potabili q̈ plurib9 mōis vtimur in regimine sanitatis puta bibendo balnean do ⁊ in eadē cibaria decoquēdo. Debemus igit᷑ pri mo considerare ꝙ aque origo sit in terra laudabili ñ fetida nec minerali. Amplius considerandum est ꝙ non sint aque stantes cuiusmodi sunt lacuales. pute ales. stagnales. sed fontales et currentes per terram

arenosam vel lutosaꝫ luto libero non fetido nō cor rupto. Et sint currentes ad orientem vel septētrionē ⁊ proprie ad oriens estiuū. Aque autem currētes ad meridiem ⁊ occidentem male sunt. Etiam aque eligi/biliores sunt cum multum distant a principio origi/nis ⁊ debēt eē soli ⁊ ventis discooperte. Et debēt eē sapore quasi dulces ex quibꝰ vinum paꝝ tollerat q̄ cito calefiunt ⁊ infrigidant̄ leues clare ⁊ subtiles ī q/bus post moram parum vel nihil residet. Notanduꝫ etiā ꝙ pondus est ex adiuuantibus experimentis ad cognoscendum aque bonitatatem Aqua enim que est leuior ut in pluribꝰ ē melior. Et scitur vt si in aquis duo panni eiusdem ponderis madefacti ⁊ post sicca ti fuerint ⁊ deinde ponderent̄ quia aqua cuiꝰ pannꝰ fuerit leuior erit melior. Qđ si forsan non possumus īuenire aquas leues subtiles ⁊ claras sed sint turbide ⁊ grosse decoctio ⁊ sublimatio eas subtiliat ⁊ rectifi cat. Nam grossicies aque propter frigus inspissans vel ꝓpter admixtionē partium terrestriuꝫ sub aqua ꝓpter eaꝝ subtilitatē ⁊ aque spissitudinē descendere non valentiū ex decoctione corrigit̄ ex eo ꝙ per de coctionem ⁊ sublimationē aq̄ subtiliat̄ ⁊ rarefit p fri goris amotionem ⁊ ptes terre q̄ primitꝰ ab aq̄ descē dere nō poterāt ꝓpter aq̄ spissitudinē ⁊ eaꝝ paruu/tatem propter quam erant impotentes aquā scinde/re ⁊ ad fundum descendere per aque decoctionē ad descensum babilitant̄ ex eo ꝙ aq̄ fit rarior ⁊ ad scin dendum aptior. In aqua igit̄ pura nō habꝫ locū de coctio seu sublimatio si quidē sit pura ī substātia p priuationē admixtionis partiū terrestriū ⁊ ī q̄litate

per priuationem frigoris inspissantis. Sunt aut̃ so
lidi medicorum qui dicunt aquam per decoctionem
ingrossari ex eo q̄ subtile resoluit̃ ⁊ euaporat ⁊ resi/
duū ingrossat̃. Unde apparet q̄ aque pluuiales sub
tiliores sunt non pluuialibus. Et sic quod remanet
post decoctionem erit grossius. Nos igit̃ dicimus q̄
vel ipi supponūt aque puritatem in substātia ⁊ qua
litate ⁊ sic oportz q̄ homogeneū sit illud quod resol
uit̃ ei quod remanet cum tota aqua fuerit homoge/
nea ante decoctionem. Q̄d autem vna pars euaporet
⁊ alia remaneat otigit ex hoc q̄ vna ps aq̄ ē ab igne
vel sole magis passa q̄ȝ alia. Et cā quare vna ps ma
gis passa ē ab igne vel sole ē ꝓpinquitas ad agens
Et sic pȝ q̄ eoꝝ argumentatio nō hȝ locū in aq̄ pura
⁊ homogenea. Uñ puto q̄ aqua pluuialis si eleuare
tur ab aqua pura ⁊ homogenea nō eēt subtilior q̄ȝ a
qua a qua eleuat̃ q̄ȝtū est de per se. unde bene verum
est q̄ tempore euaporationis ē subtilior eo q̄ subti
liata est a calido sed postq̄ȝ infrigidata ⁊ inspissata
est. est eque subtilis ⁊ forte minus subtilis eo q̄ ma/
gis patit̃ a frigido propter subtilitatem accidentalē
quam acquisiuit a calido eleuante. Sed nota q̄ aque
pluuiales regulariter sunt subtiliores ex eo q̄ nō ele
uantur ab aquis puris sed propter earum subtilita
tem sunt putrefactibiles magis. Unde si dubitamus
de earum putrefactione laudo q̄ decoquamus eas.
nā decoctio obuiat putrefactiōi. Si āt ipi arguāt ꝺ
aq̄ nō pura ĩ substātia p admixtionē ptiū terrestriū
sic nō vȝ eoꝝ argumētatio eo q̄ ptes terrestres post
decoctionē nō remanēt cū aqua sed descendunt. Et si

remanerent vtiq3 eēt substantia grossior ei9 q̄3 ante
ex eo ꝙ minus esset de aqua q̄3 ante ⁊ partes terres/
tres nō eēnt diminute. Unde si ex partib9 terrestrib9
⁊ aqueis fieret vnum mixtum indissolubile per deco
ctionem sicut patet in vino ⁊ in multis aliis liquori
bus qui per decoctionem inspissantur inspissaretur
vtiq3 aqua per decoctionem sed non ita accidit aque
quia talium partium terrestrium admixtio per deco
ctionem descendit per modum dictum. Plus igit᷑ fa
cit decoctio ad aque subtilitatem per descensum par
tium terrestriū q̄3 possit facere ad grossiciem per sub
tilis euaporationē. Et si eorum argumentatio sit in a
qua inspissata a frigore in qua non fit admixtio par
tium terrestriū p3 ꝙ argumentatio nō ꝓcedit. Nā qđ
resoluit᷑ homogenium ē ei quod remanet p9 euapo/
rationem nisi ꝙ subtiliatū est per frigoris ammoniti
onem. Amplius sciendum ꝙ admixtio aceti cū aqua
rectificat ipsius grossiciem. Amplius scias ꝙ fortis a
que cōmotio de vase in vas ⁊ deinde ꝓiectio la/
pillorum paruorum in eadē aqua ab alto cadentiū
aquā grossā rectificāt ⁊ subtiliāt. Ampli9 scias ꝙ a/
qua vehementer frigida cuiusmōi est aq̄ glaciei ⁊ ni/
uium ꝯplexionib9 temperatis nō ē ꝯueniēs s3 debet
eē aqua in frigiditatis fortitudine ꝯpata. Aquas em̄
vehementer frigidas aut vehemēter infrigidatas nō
tollerat nisi vehementer sanguineus Et si forsan non
illico nocumentum fecerit cum quis magis processe/
rit nocumentum facit. Scias ꝙ bibere aquam ieiuno
stomacho ⁊ post exercitium ⁊ balneum ⁊ ī ebriis cra
pulatis ⁊ in siti mendosa ⁊ cum natura circa nutriens

laborat in digerendo vehementer nociuum est. Et si multa necessitas fuerit bibere eam oportebit ut prius temperetur et cum eadem sepe os abluatur. Et si hoc non sufficit cum vase bibat stricti orificii et hoc quidem ebrio confert et stomacho ieiuno. Et si forsan aliquis ieiunus post exercitium a potu abstinere non potest bibat vinum cum aqua calida temperatum. Amplius sitim habens mendosam aquam gurgitando non bibat sed paulatim sugendo. Et siti quidem mendosa impeditus scire debet quod superdormire et sitim tolerare ipsam sedat ex eo quod humor eam faciens digeritur et corrigitur sed cum digestio impeditur propter potum redibit sitis mendosa. Nam humor sitim faciens non corrigitur nec digeritur. Amplius scias quod bibere multam aquam frigidam non competit in regimine sanitatis quod si forsan sit necessarium sit post sufficientem comestionem. Aqua tepida nauseam facit sed calida stomachum debilitat sed raro sumpta stomachum lauat et ventrem laxat. Amplius scias quod aqua frigida confortat omnes virtutes in suis operationibus quando sumitur cum equalitate scilicet digestiuam attractiuam retentiuam et expulsiuam et confert habentibus raritatem et cursum quicunque cursus sit et ex quocunque membro sed nocet neruis et habentibus opilationes et apostemata. Amplius scias quod aque ferree confortant omnia viscera et addunt in coitum unde conferunt spleneticis epaticis et stomatichis et vniuersaliter habentibus viscera debilia.

De aere.

Amplius cadit electio in aere nos circumdante sicut et in aqua et in habitabili terra. Aer enim est necessarius in regimine sanitatis

dupliciter· primo quidē ꝓpter refrigeratione̅ spiri/
tuum ⁊ caloris innati· secundo propter expulsionem
fumosarum superfluitatum obnubilantium spirituȝ
⁊ calorem innatū· sicut enim in exterioribus nos vi/
demus ꝙ ignis sine euentatione aeris suffocatᷣ ⁊ extī
guitᷣ. sic etiam ymaginari debemus ꝙ spiritus ⁊ ca/
lor innatus indiget aere ipsum nutriente conseruan/
te ⁊ obtemperante· Obtemperatio igitᷣ caloris inna/
ti fit per aeris attractionem ⁊ eius depuratio fit per
aeris expulsionem· Primum quidem fit per motū at
tractionis qui dyastoles nominatur· ⁊ secunduȝ per
motum expulsionis qui sistoles dicitᷣ a sapientibus
Si igitᷣ aer attractus sit fetidus ⁊ impurus corrum/
pitᷣ spiritus ⁊ calor innatus. Multum igitᷣ debȝ me/
dicus sollicitari circa aerem in sanitatis regimīe· Aer
igitur debet esse bone substantie cui non admiscetᷣ ali
quid ex vaporibus nec fumositas extranea Nō eniȝ
debet esse aer turbidus nec nebulosus nec malis va/
poribus admixtus· Hic enim aer humores cōturbat
animam contristat. Et debet esse discoopertus celo ⁊
non inter parietes ⁊ tecta constrictus. Et vt sit ad v
num dicere omnino euitari debet aer qui sit inclusus
non euentatus. Unde verum est ꝙ tempore epy/
dimie in quo accidit aeris putrefactio communis eli
gendus est aer inclusus· vnde tempore illo bonuȝ est
inhabitare solaria sed aliter aer discoopertus meli/
or existit· Considerandum est ꝙ cum aere nō misceā/
tur vapores lacuū ⁊ ꝓfunditatū aquā putridā ꝯti/
nentiū ⁊ terraꝝ q̄ nō sunt libere sȝ laxe de quibꝰ supe
riꝰ dictū est ⁊ vniuersaliter locoꝝ ubi nascuntᷣ olera

qualia sunt caules ⁊ eruca ⁊ similia ⁊ arbores visco/
se male cuiusmodi sunt ficus ⁊ nuces. Aer enim cui ta
les permiscentur vapores est euitandus in regimine
sanitatis. Amplius eligēdus est aer in quo sufflēt bo
ni venti ⁊ ex terra alta uel equali. Amplius multū de
bemus sollicitari quod aer nō excedat in aliqua primarum q̄/
litatum quod si forsan cōtigerit obtemperetur per ar
tem quantum possibile est. Amplius aer ex parte sue cō
plexiōis diuersificatur quoniā si calidus fuerit dissol
uit virtutem ⁊ corpus laxat sed si caliditas fuerit tēpe/
rata trahit sanguinē ad exterius. vn̄ colorē rubificat ⁊
si multū calidus fuerit aer citrinat colorē. multū suda/
re facit. diminuit vrinam. digestioē debilitat. Aer fri/
gidus ē contrarius. ventrē stringit. digestionē fortificat
vrinam efficit multā. sudorem diminuit ⁊ egestionem
Aer humidus cutem lenit ⁊ corpus humectat. Siccus
cutem desiccat ⁊ corpus denigrat

De igne.

Amplius cadit electio in igne quo plurimis v
timur mōis in sanitatis regimīe nos puta ca
lefaciendo ⁊ cibaria decoquendo. Multum
igitur cōsiderare debemus in sanitatis regimīe ex qua mate
ria sit ignis quo vtimur. Nō enim debet sapere naturam a
liquorum venenorum aut metallorum. nec debet eē materia
ex terra fetida corrupta nec limosa nec scenosa. Nec
materia debet eē putrida uel corrupta. nec debet eē ma
teria male qualitatis uel cōplexionis. Vn̄ debēt eui/
tari ligna ex arboribus male cōplexionis ut ficus nu/
ces ⁊ sambucus ⁊ similes Et similiter omnia ligna cres
centia in terra corrupta. Et ligna ex antiquitate

corrupta· Et euitari debent carbones marini· Nam ignis talium carbonum facit cadere in pessimas egritudines. sapit enim naturã veneni· Et similiter euitãdus est ignis ex carbonibus lignoꝝ quib⁹ homines cõmuniter vtunt̃ ex eo ꝙ mala qualitas lignoꝝ ex quibus fiunt predicti carbones que cum fumo exalare debuisset per violentiaꝫ remansit in eisdeꝫ inclusa que postea cum incendunt̃ sine flamma ad actũ reducit̃ ⁊ corporibus nostris infert notabile nocumentuꝫ Unde multum cauere debent magni domini quibus est cura de sanitatis custodia ꝙ eoruꝫ cibaria talib⁹ carbonibus nõ decoquant̃ ⁊ vniuersaliter ꝙ eorum calor non appropinquet suis corporibus· Ignem ãt arborum siccarum ⁊ terre libere satis approbo ⁊ ignem lignorum laudabilium nõ viridium ⁊ vniuersaliter ignem lignorum perhibentium flammam claram ⁊ sine fumo· Ignem ãt inclusuꝫ nõ euentatũ uitupero· Item laudo ꝙ ignis appropinquet nostris corporibus per medium ⁊ non ĩmediate quia nimis corpora nostra desiccaret· Iteꝫ magis laudo ignẽ a parte posteriori ꝙ̃ anteriori· Item laudo ꝙ aliquis immediate post cibũ multum nõ calefaciat se· Nam ex hoc debilitat̃ digestio· Itẽ vitupero ignem stupaꝝ quia calor est inclusus non euentatus·

Capitulum secundum de exercitio·

Estificati sunt sapientes ꝙ exercitiũ temperatum ⁊ equale añ cibum sanitatẽ causat ⁊ conseruat licet immediate post cibum sanitatem impediat· Exercitiũ eniꝫ añ cibuꝫ calorem naturalem fortificat ⁊ ex hoc appetitus in stomacho vigorat̃ ⁊

membra copiosius recipiunt alimentũ. ⁊ alimentũ per membra perfectius diffundit͛ ⁊ pori aperiunt͛ ⁊ ex hoc superfluitates tercie digestionis liberius expellunt͛. Item per exercitium in eo qui exercitari consueuit puenit duricies quedã organoru ex qua difficilius patiunt͛ ⁊ reddunt͛ fortiora ad ceteras actiones Item per exercitium motus spirituum vigorat͛ ex quo superfluitates euacuari ⁊ per poros humores liberius expurgari est necessarium. Exercitium igit͛ moderatum nõ permittit humores nec eoru superfluitates ĩ corpore adunari quibus in corporibus multiplicatis indigemus farmacia uel fleubothomia que quamuis purgent corpus tamen corpus inueterant ⁊ specialiter medicina laxatiua que ut plurimũ in se habet naturam veneni ⁊ non solum euacuat nociuum sed magnam partem caloris ⁊ spiritus qui sunt fundamenta vite nostre. Bene igit͛ potest dici quod exercitium est motus uoluntarius in quo requirit͛ ãhelitus magnus ⁊ frequẽs ⁊ velox. Et ad ipsum quidem conuersus peragendum secundum modum sue qualitatis ⁊ in hora sua non indigebit aliquo medicamentorũ que necessaria sunt in egritudinibus materialibus ⁊ in egritudinibus que eas sequunt͛. Et hoc quidem est verum supposito quod reliquum regimen conueniens sit ⁊ rectum. Non igit͛ meret͛ dici exercitium nisi ex eo proueniat in anhelitu magnitudo ⁊ frequentia. hoc enim est signum fortitudinis caloris innati ex quo contingũt plura iuuamẽtorum supradictorum Nõ ẽ igit͛ negligẽdũ exercitiũ volentibus sanitatẽ conseruari. Bonũ ẽ igit͛ tempus usus ipsius exercitii adinuenire. Nõ eñ oportet tempore exercitii multitudinem

crudorũ ⁊ indigestorum humoꝝ seu ciborum ꝯm vẽ
trem seu in uasis contineri periculũ ẽ em̃ eos attrahi
ad omnes alias ꝑticulas anq̃ꝫ benigni fiant si quidẽ
digestio fit in quiete ⁊ motus specialiter fortis impe
dit digestionẽ. Et vniuersaliter dico ꝙ corporibus
ualde repletis siue sit repletio ex humoribꝰ laudabi/
libꝰ uel nociuis non competit exercitiũ. Nã exercitiũ
nõ ẽ sufficiens ad euacuandũ taliũ corpoꝝ plenitu/
dinẽ. vñ solũ hũores commouet ⁊ eos ebulire facit ex
quo periculum ẽ febres ⁊ apostemata ⁊ opilationes
que ad hoc sequuntˀ in corporibꝰ generari. Talia igi
tur corpora anteq̃ꝫ exercitentˀ spãliter forti exercitio
competit fleubothomari ⁊ farmacari ꝯm exigentiaꝫ
humoꝝ peccantium. Amplꝰ qꝛ ꝑ exercitiũ expelluntˀ
superfluitates tercie digestionis q̃ celebratˀ in mẽbris
⁊ sic poros expurgat ⁊ supfluitates existentes ĩ eis
euacuat melius ẽ añ cibaria suscipiẽda exercitium in/
choare sic quidẽ ꝙ prior cibus iã sit in stomacho e/
ꝑ ate ⁊ venis ꝑfecte digestus ⁊ iã appropinquat tem
pꝰ suscipiẽdi cibũ aliũ. Vñ diligẽter notandũ ꝙ non
puto ꝙ exercitium sit necessarium ꝓpter expulsionẽ
superfluitatum immediate suscepti cibi ĩ stomacho et
venis iam elaborati. Nam talis cibus adhuc nõ est
digestus in mẽbris ⁊ ꝑ consequẽs adhuc nõ instat tẽ
pus expulsionum superfluitatum tercie digestionis.
sed puto ꝙ est necessarium propter expulsionẽ sup/
fluitatum cibi suscepti añ hũc. vnde dico ꝙ exercitiuꝫ
serotinum quod fit ante cenã non est ꝓpter expulsio
nem superfluitatũ cibi suscepti in prãdio eiusdẽ diei
sed cibi suscepti in cena diei precedẽtis uel oꝫ dicere

ꝙ omnes digestiones eēnt complete ⁊ perfecte cibi i
mediate sumpti anteq̄ꝫ incboaret exercitiuꝫ quod ui
det mirabile ex eo ꝙ corp⁹ remaneret sine cibo plus
q̄ꝫ oporteret ⁊ in corpore colera multiplicaret ⁊ cor
p⁹ ↄsumeret. Sed in isto est materia considerandi.
Hoc est igit verum tempus incboandi exercitium ꝙ
si exercites ante bumoribus indigestis replebis cor/
poris particulas. ⁊ si post coleram in corpore gene/
rabis ampliorem. Huius autem temporis cognitio ē
vrinarum color. nam aquosus quidem indigestionē
significat ⁊ ꝙ adhuc non instat tempus exercitii icbo
andi. Rubeus uero ⁊ coloratus ex multo tpe digesti
onem fuisse factam significat ⁊ temp⁹ exercitādi ꝑces
sisse. Sed color temperat⁹ puta rube⁹ tpate nō igne⁹
significat secundā digestionē fore factā de ꝓpinquo
⁊ tūc ē tēp⁹ incboādi exercitiū. Purgāde sunt tn̄ pri
us supfluitates q̄ sunt in intestinis ⁊ in vesica. alias
em̄ aliquid ex biis ad venas corporis trabet ꝓpter
fortitudinē caliditatis resoluētis in exercitiis. Scien
dū ꝑterea ꝙ illi qui studiosi⁹ ⁊ subtili⁹ locuti sunt ꝺ
exercitio ꝺocuerūt corpa p fricationē ↄuenienteꝫ ad
exercitia preparari ⁊ spāliter cū quis intendit ad ex/
ercitiū fortius. Si em̄ quis ad fortiores uenerit mo/
t⁹ anq̄ꝫ molliat totū corp⁹ ⁊ supfluitates subtiliet et
poros dilatet q̄ fiūt fricationib⁹ moderatis ⁊ demū
superinfusione olei dulcis periculum est erūpere vasa
Periculū quoqꝫ est ne superfluitates impetu spirit⁹
mote poros opilent. Si uero paulatim per fricatio/
nem precalefaciens premolliat quidem solida ⁊ pre/
subtiliet bumida ⁊ poros dilatauerit periculū nullū

ē nec rūpi aliquā venā nec poros obstrui eis qui ex/
ercitant᷑ Fricet᷑ igit᷑ sindone totū corpusquousq; mo
derate calefiat. Sufficiāt aūt plures manuum circum
ductiones ad hoc ut corpus calefiat absq; oppressio
ne enormi. Etenim hiis fientibus apparebit rubor be
ne floridus bene supercurrens super totum corpus et
tunc est tempꝰ superinfundere liquorem olei ⁊ frica/
re nudis manibus fricatione media inter duriciem et
molliciem sic ꝙ corpus non collidat᷑ stringat᷑ uel ex/
soluat᷑ plus debito sed in sui natura custodiat᷑. Hec
autem fricatio que preparat ad exercitium in primis
debet esse in immissionibus manuum leniter. deinde
paulatim augeri ⁊ ad fortius ducere ut comprimatur
quidem caro. manifeste autem non ostringat᷑. Hec āt
fortis fricatio ē quidem non multo tēpore sed semel
uel bis in vnoquoq; membro fienda. si enim ampliꝰ
fieret corpus induraret᷑ ⁊ in hiis qui augent᷑ augmē
tum impediret᷑. Est autem hec fricatio fienda ꝑm om
nem differentiam positionis longum latum ⁊ trans/
uersum quantum est possibile ut vniuersi musculorū
nerui ex omni parte fricent᷑ ⁊ ad exercitium ꝓparent᷑
poros sc; dilatando ⁊ solida ⁊ spissa rarefaciendo ⁊
rara inspissando ⁊ mollia indurando. Quantitas au
tem ⁊ qualitas ⁊ modus circa exercitium in sanitatis
regimine offerendus certis litteris denotari non pn̄t
sicut nec quātitas ciborum offerendorum. Nam secū
dum diuersitatem complexionum ⁊ habitudinum et
etatum regionum regiminum et consuetudinum a/
liter ⁊ aliter exercitium ē mensurandum. Sūt em̄ qui
dā indigentes exercitio fortiori maiori uehemētiori

⁊ velociori ⁊ isti sunt qui utunt͛ cibo ampliori ⁊ sunt
fortium uirtutū aīaliū motiuaꝝ habentes lacertos ⁊
neruos fortes ⁊ iuncturas aptas ad motum ⁊ cū hoc
non hn̄t calorē naturalem ꝯsumptiuū nimis fortem.
Talibus inq̄ꝫ cōpetit exercitiū maiꝰ fortiꝰ uelociusꝰ
similiter uehementius. Illis aūt in quibꝰ deficiūt ali
que istaꝝ conditionum enumerataꝝ non ꝯpetit exer
citium adeo forte. verbi grā ponamus ꝙ deficiat ul
tima conditio ⁊ ꝙ sit hō hn̄s calorē fortē acutuꝫ mlͭ
tum consumptiuum ⁊ cum hoc habeat oēs ꝯditiōes
priores talis utiqꝫ nō indiget exercitio adeo magno
nec ita forti ⁊ similiter intelligat͛ in aliis conditioni
bus Et si sit reperire aliquē in quo oēs conditiones
deficiāt ⁊ opposite reperiant͛ scꝫ qui paꝝ comedat et
eiꝰ aīales uirtutes motiue sint debiles ⁊ similiter or/
gana ad motum deputata ⁊ cū hoc habeat calidita/
tem satis consumptiuam talis utiqꝫ indiget minimo
exercitio. Et p extrema potes de medio iudicare qd
sit faciendum. Quātitatē igit͛ exercitii offerendi simi
liter ⁊ qualitatem sola ratione cognoscere experiētia
ꝑtermissa multum difficile ē. In experiētia igit͛ cōsi
deremus quō se habeat exercitatꝰ in prima die ⁊ se/
cūda ⁊ sic deinceps Optima eīn natura mensuras om
nium offerendoꝝ manifeste adepta est. tantum enim
appetit exercitium ⁊ taliter ꝙ̄tū ⁊ qualiter eidem est
oportunum ⁊ similiter intelligatur circa cibos ⁊ som
num ⁊ sic de aliis que nostris corporibus offeruntur
propter regimen sanitatis quod utiqꝫ verum est sup
posita bonitate morum. Nam ꝓpter maliciā consue
tudinis ⁊ morum natura temperata potest appetere

quid quale ꝛ quantum quod eidem non est conueni/
ens. Sed lapsi multū mensuras exercitioꝝ ꝛ ciborū
minime naturaliter sunt adepti Quidā enim appetunt
plus exercitari ꝙ oporteat ꝛ quidam minus. Sunt e
nim quidam naturaliter fleumatici ꝛ in quorū corpo
ribus frigidi ɔtinentᷣ humores ꝛ qui frigore recenti
sunt congelati ꝛ ociosi effecti sunt. Hii eṁ appetunt
minime moueri ꝛ exercitari sed sunt somnolenti ꝛ ad
ocium naturaliter inclinati ꝛ tales exercitādo non de
bent insequi naturalem appetitum. Sunt etiaꝫ quidā
calidiores ꝛ humidiores uel naturaliter uel accidēta
liter ꝛ cum hoc sunt apti ad motum ex membrorum
leuitate ꝛ organorum habilitate. Hii utiqꝫ plus ap/
petunt exercitium ꝛ in eodeꝫ plus delectantᷣ ꝙ opor
teat eorum complexionibus. Isti ergo ut immediate
dicti non debent proprium appetitū imitari in mēsu
ra exercitii. Quātitas autē exercitii quam litteris pos
sumꝰ describere est quousqꝫ homo sudare incipiat et
anhelitus augeri ꝛ color corporis rubefieri ꝛ mēbra
lassari incipiunt ꝛ tumor membrorum diminui. Hus
enim apparentibus debet cessari ab exercitio ꝛ eligi
debet exercitium temperatum secundum exigentiam
illius qui exercitatᷣ ꝛ uniforme ꝛ equale in quo om
nia membra exercitantur ꝛ huiusmodi est exercitium
parue pile. Exercitium enim fortius corpus nimis e/
uacuat ꝛ debilitatem inducit ꝛ hoc bene manifestatᷣ ī
exercitantibus forti exercitio. Exercitium autem de
bile euacuandum non euacuat nec potest per ipsum
consumi quod dissolutum est sed exercitium ꝓpor/
tionatum proportionabiliter consumit ꝛ dissoluit

⁊ substantiam membrorum augmētat ⁊ corpus īpin/
guat ⁊ vniuersaliter temperatum ⁊ proportionatum
exercitium conseruande sanitatis est mirabilis causa
Et malicia que propter priuationem accidit exercitii
manifestatur in incarceratis quia eorum facies cacochi
mice fiunt ⁊ eorum color est impurus ⁊ omnes opera
tiones eorum sunt lese. Et hoc non solum accidit ho
minibus sed auibus cantantibus sicut uolucribus in
cauernis detentis. Exercitium aūt quod vni est for/
te ⁊ improportionatum alteri est debile ⁊ alteri pro
portionatum. Huius autem cognitio ab experientia
depēdet ⁊ ratione. Si autem aliquis exercitetur alio
modo q̄ꝫ exercitio parue pile puta peditando equi/
tando uel nauigando semper est laborandum qꝫ om
nia membra corporis exercitentur si quidem in quoli/
bet membro est superfluitas tercie digestionis que p
exercitium solet euacuari. Qꝫ si quis exercitatur pedi/
tando bonum est interdum inclinari ⁊ lapides mani
bus leuare ⁊ interdum procedere ⁊ interdum caput e/
leuare uersus posteriora ⁊ retro respicere ⁊ interdum
membra extendere ⁊ anhelitum continere ⁊ musculos
uentris aliquantulum extendere. nam anhelitum reti
nendo confortatur naturalis calor ⁊ pori aperiuntur
⁊ p eosdem superfluitates expelluntur. Debet autē
anhelitus retentio eē cum extensione musculorum pe
ctoris sed extentio musculorum uentris dꝫ eē parua.
Nā p hanc extensionē supfluitates pectoris ⁊ pulmo
nis ad membra nutritiua expelluntur. ⁊ p extensionem
musculorum ventris superfluitates vlterius inferi/
us expellūtur. Sed habentes debile dyafragma ca/

ueant a constrictiõe anhelitus ne supfluitates ad ce
rebrum mittant᷑ ut bene apparet in his qui multũ la
borant insufflando instrumenta tubarũ in quib⁹ ve/
ne inflant᷑ in facie ⁊ eorum facies rubedinẽ adipiscun
tur· Modi exercitio⁊ sunt ualde multi quos hic om
nes enumerare non oportet· Solum aũt hic dicemus
generales modos exercitiorũ ⁊ eorum exempla pone
mus ex quibus poterunt speciales modi sufficienter
intelligi· Dicamus igit᷑ primo ꝙ de numero exerciti/
orum quoddam est exercitium solum quoddam aũt
exercitium ⁊ opus· Exemplum primi ut ludus parue
pile· Exemplum secũdi ut fodere arare ⁊ domificare
Amplius exercitiorum quoddam est vniuersale to/
tum corpus occupans· et aliud est particulare· Exem
plum primi ut ludus parue pile ⁊ peditare· Exẽpluȝ
secundi sicut vox est exercitium pulmonis· ⁊ stare su/
per pedes est exercitium dorsi· ⁊ scribere est exercitiũ
manus· ⁊ texere pedum pro parte ⁊ tibiarum ⁊ sic de
singulis· Ampliusquoddã exercitiũ est magnũ quod
dam paruum quoddam mediocre· Exempluȝ primi
ut ambulare longam viã uel luctari longo tempore·
Exemplum secundi ut luctari breui tempore uel am
bulare paruam viam ⁊ breuem· Exemplũ tercii ut ã
bulare mediocrem uiam uel luctari tempore medio/
cri· Exercitium magnum est causa maciei. mediocre ẽ
causa augmentationis· temperate in carne ⁊ calore na
turali· sed exercitium paruum aliquantulũ calefacit·
Amplı⁹ exercitiorũ aliud est uelox aliud tardũ aliud
mediocre· Exẽplũ primi qñ aliqs currit uelociter· exẽ
plũ scdi qñ aliqs mouet᷑ lẽte· exemplũ tercii qñ aliqs

mouet᷑ mediocriter. Exercitium uelox primo calefa/
cit ⁊ postea corpora inspissat ⁊ indurat sed tardum
corpora remollit ⁊ poros aperit. Mediocre uero cor
pora in sua natura ꝯseruat. Amplius quoddã ẽ exerci
tium forte aliud debile aliud mediocre. Forte dicit᷑
dupliciter. vno mõ ex eo ꝙ motus uelox ꝯiungit᷑ ma/
gnitudini. verbi grã si quis currat longam viã uelo
cissimo cursu. tale utiqꝫ dicit᷑ exercitium forte. Et ex
hoc pꝫ quid ẽ debile ⁊ quid mediocre. Et etiam patꝫ
ex hiis que sit operatio exercitii fortis isto mõ sump
ti ⁊ debilis ⁊ mediocris. Alio mõ dicit᷑ exercitiuꝫ for
te ex resistentia passi ⁊ in tali exercitio non cadit ve/
lox ⁊ tardũ verbi grã eleuatio magni oneris ⁊ simili
ter luctari cum forti bene resistenti ⁊ vniuersaliter o/
perari circa materiam ꝗ plurimum resistentem ⁊ non
bñ obedientẽ ẽ exercitiũ forte. Nõ quia in eo coniun
gat᷑ uelocitas magnitudini sꝫ ex resistentia materie.
Et ex hoc patet quid est exercitium debile ⁊ medio/
cre. Nam quãdo materia non resistit est debile. ⁊ quã
do mediocriter resistit est mediocre. Et operatiões
istorum exercitioꝝ patent ex dictis sufficienter. Et
postꝗ aliquis per modum supradictum sufficienter
est exercitatus fricatio fieri debet Et hec fricatio de
bet esse multa ad asperitatem declinans ꝑpter duas
causas vna est vt superfluitates subcutanee emundẽ
tur que ab exercitio sunt transmisse. Et alia est ut cor
pus solidet᷑ ⁊ uapores boni retineant᷑ ut ab hiis que
ab extrĩseco accidũt nõ alterent᷑. Et dꝫ hec fricatio sil᷑
ac uelociter fieri ĩmo si totũ corpus sil᷑ ⁊ semel fricari

posset utili9 eēt ut superfluitates simul ⁊ semel exala
rent. Et bonum est q̄ hec fricatio fiat cum oleo dul/
ci. Et sic p3 q̄ fricatio fienda est ante exercitiū ⁊ post
ad diuersas intentiones. Unde fricatio añ exercitium
debet esse mollis ⁊ lenta ut duriciem non operet' sed
illa que fit post debet esse multa ⁊ ad asperitatez de
clinans. Hec breuia sufficiant.

Capitulum tercium de fricatione.

Ricatio inuentionē h3 ī supfluitatū tercie di
gestiōis euacuatione sicut ⁊ exercitiū ⁊ simili/
ter in caloris membroꝝ ꝯfortatiōe ⁊ ad m'
ta alia vñ sermonē de fricatione in precedēti capitu/
lo incboatū ꝯplere uolum9 ī isto breui capitulo. Pri
mo igit' dicemus fricationis utilitates ꝓpter quas
ꝯpetere potest in sanitatis regie Secūdo dicem9 frica
tiōis temp9 ⁊ mēsurā ⁊ modū. Tercio dicem9 fricatō
nis modos ⁊ spēs generales. Sciēdū igit' ꝓpter pri
mū q̄ p̄ter utilitates fricatiōis dcās in capitulo p̄ce/
dēti p̄parātis ad exercitiū sunt ipi9 fricatiōis plurie
alie utilitates. Est igit' ipi9 exercitii vna utilitas cō
munis puta expulsio supfluitatū tercie digestiōis vn
de in hiis qui exercitari non possunt propter corpo
ris debilitatem uel propter infirmitatem alicui9 mē/
bri spālis uel ꝓpter incarcerationē non est fricatio
negligenda. Nam per fricationem materia subtiliat'
pori aperiuntur ⁊ calor in membris cōfortatur ⁊ sic
superfluitates liberius expelluntur ⁊ per consequens
membra perfectius nutriuntur ⁊ appetitiua uigorat'
si quidē naturalis appetitus incipit a mēbris tercie

digestionis. Amplius sciendū ꝙ p fricationē mēbra ra
ra inspissant̃ ⁊ spissa rarefiunt ⁊ dura mollificant̃ et
mollia indurant̃ ⁊ temperata in sua naturalitate con
seruant̃. Corporibus igit̃ raris competit exercitiū nō
solum propter expulsionem sup̄fluitatū ⁊ reliqua q̄
dicta sunt sed ut aliqualiter inspissent̃ ⁊ minus passi
bilia efficiant̃. Et similiter suo modo intelligatur de
corporibus spissis duris ⁊ mollibus. Amplius est a
lia vtilitas fricatiōis. nā per eā lassitudo a mēbris re
mouet̃. vnde hec fricatio ē bona post exercitiū īmo/
deratum ex quo aliquis incurrit lassitudinē. Ampli
us fricatio iuuat cū tempꝰ ē dormiendi quoniam cor
pus alleuiat ⁊ humiditates ad iuncturas fluere pro
hibet. Multū āt sollicitari debemꝰ ne pueroꝝ corpa
fricent̃ cum duricie ⁊ asperitate ne forsan ab augmen
to impediant̃. Tempꝰ fricatiōis q̄ fit ꝓpter expulsi
onem sup̄fluitatum idem ē cū tempore exercitii. Et n̄
loquor de fricatione p̄parante ad exercitiū nec cōse/
quente exercitiū sed de fricatione supplente uices ex/
ercitii. Et est diligenter notandum ꝙ ꝑm diuersitatē
complexionum ⁊ habitudinum ⁊ ceterorum natura/
lium ⁊ nō naturaliū diuersus est vsus fricationis et
mensura ⁊ modꝰ ut superiꝰ dictū ē de exercitio. Vn̄
ↄsiderandū ē non solū in ratiōe ſ; etiā in experiētia
ut de exercitio ē declaratum. De speciebus aūt frica/
tionis in generali dicendū ē ꝙ sunt sex simplices ⁊ no
uem composite. Sunt enim tres simplices secundum
q̄ntitatem puta multa pauca ⁊ mediocris ⁊ tres secū/
dum qualitatem puta aspera lenis ⁊ mediocris. vel
possunt nominari si placꝫ fortis debilis ⁊ mediocris

Fricatio multa est causa maciei corporis ꝛ tpata carnem augmentat temperate· sed pauca in augmento operationem non habet sꝫ aliquantulum calefacit. Operatio fortis ꝛ aspere fricationis ē obturatio pororum ꝛ duricies corpoꝝ· sed debilis ꝛ lenis opatio ē apertio poroꝝ ꝛ asperitatū corpoꝝ remollitio ꝛ media medium tenet inter has. Ex his simplicib9 āt ꝓuemūt nouē ɔpositiōes· nā fricatio multa pōt ɔponi cum forti debili ꝛ mediocri ꝛ sunt tres Et similiter pauca pōt componi ex forti debili ꝛ mediocri ꝛ sunt sex cum primis· Et similiter temperata inter paucam ꝛ multam potest componi cum debili forti ꝛ mediocri inter fortem ꝛ debilē ꝛ sunt nouem cū primis. Et quid iste fricationes ɔposite in corporibus operentur satis haberi pōt ex simplicib9· Que etiā spēs fricationis quib9 corporib9 ɔpetūt satis haberi pt ex his que dicta sunt de exercitio in capitulo pcedēti·

Capitulum quartum de balneo·

Post cōsideratione exercitii ꝛ fricatiōis seqᵗᵘʳ ɔsideratio balnei ex eo ꝙ balneū mēbra exteriora lauat a sordicie q̄ i supficie membroꝝ per exercitiū forsan ē derelicta· Amplius si aliquid sit derelictum sub cute quod per exercitiū ꝛ fricationē nō sit sufficienter resolutū de superfluitatib9 tercie digestionis per balneū resoluetᵘʳ. Nam balneum resoluit ea q̄ sunt ꝓpinq̄ cuti· Ampli9 in his q exercitari nō pnt uel ꝓpter mēbroꝝ debilitatē uel ꝓpter incarceratione uel aliā impotentiā balneū aliqualiter supplet uices exercitii· Ampli9 balneū mēbra exteriora calefcit

⁊ humectat tpate que forte p exercitium ⁊ fricationē fuerunt aliqualiter desiccata ⁊ infrigidata. Unde satis est rationabile p⁹ exercitium ⁊ fricationē de balneo determinare. Sunt autem ipsius balnei aliqua iuuamenta puta somnū prouocare opilationes aperire ⁊ uentrem soluere ⁊ digestionem confortare ⁊ nutrimtum ad cutis superficiem attrahere ⁊ ventrem interdum constringere ⁊ fatigationem remouere Amplius balneum interdum calefacit interdum infrigidat desiccat ⁊ humectat. Calefacit quidem obuiatione prima sua actuali caliditate aeris ⁊ aque ⁊ digestionem humoris frigidi confortando sed infrigidat resoluēdo plus debito calorem ⁊ spiritum essentiali frigiditate aque. Unde ⁊ si aqna est actualiter siue accidentaliter calida naturaliter tamen est frigida. vnde ex longa sui applicatione ad corpus. corpus infrigidat ⁊ effeminatum facit. Amplius sua humiditate calorem suffocat naturalem ⁊ ebetat ⁊ sic corpus infrigidat. Amplius balneum sua humiditate corp⁹ humectat ⁊ similiter attrahendo alimentum ad membra sed resoluendo desiccat ⁊ poros aperiendo ex q̄ apertione calor simul cum humido exalat. Ampli⁹ scias ꝙ balneum indebite administratum ⁊ quibus nō oportet habet plurima nocumenta inferre homini. puta cor debilitare si multam quis moram in eo fecerit ⁊ nauseam ⁊ sincopim inducere ⁊ humores quietos mouere ⁊ ad putrefactionem preparare ⁊ cū hoc eos ad mēbra debilia declinare. Un̄ accidunt apostemata in occulto mēbroꝝ ⁊ in supficie eoꝝ ⁊ comedendi desiderium deiicit ⁊ coeundi debilitat uirtutē

Vñ possum⁹ ↄcludere ꝙ corpora humana multũ re
pleta humoribus ⁊ habentia stomachũ ⁊ cor debilia
⁊ neruos debiles ⁊ iuncturas non debent longã mo
ram in balneo trahere. Ampli⁹ scias ꝙ ĩterdũ balneo
vtimur in regimine sanitatis ad carnez ⁊ pinguedinẽ
minuendam ⁊ interdum augmentandam. balneuz em̃
in ieiunio administratum corpore existente famelico
corpora macrescere facit. Et balneum cito post cibũ
completa prima digestione ⁊ incboata secũda multũ
iuuat ad impinguandum. Debemus autez eligere bal
neum cuius fabrica est antiqua ⁊ cuius aer ẽ amplus
⁊ aqua dulcis. Et debet balneator mensurare ignẽ se
cundum naturam illius qui balneum vult ingredi Et
diligenter notandum est ꝙ balneum suo aere calefa
cit ⁊ dissoluit ⁊ sua aqua humectat ⁊ interdum infri/
gidat. Vñ ꝗ̃uis aer sit humidior aqua. tamen aqua
plus humectat ⁊ hoc contingit ex hoc ꝙ corpori per
fectius adheret ⁊ applicat᷑. Et hoc etiam ↄtingit qꝫ
aer naturaliter est calidus ⁊ etiam uirtute stellaꝝ sem
per aliquid resoluit a nostris corporibus coadiuuã
te eius subtilitate. Debent autem in balneo bene or/
dinate esse tres case q̃rũ pria ẽ infrigidans ⁊ hũectãs
secũda calefaciẽs ⁊ hũectãs ⁊ tercia calefaciẽs ⁊ desiccãs
Corpa igit᷑ tpata in quibus non queritur resolutio sꝫ
solum temperata calefactio ⁊ humectatio non indi/
gent tercia casa sed prima ⁊ secunda. sed corpora in
quibus queritur resolutio ⁊ corporis maceratio vel
desiccatio indigent tercia casa. Tempus autez bal
neandi in sanitatis regimine est post exercitium ⁊ an
te cibum. Nec statim post exercitium aliquis

est balneandus donec membra perfecte quiescant Si
autem queramus resolutionem sup̄fluitatum moran
dum ē plus in balneo ⁊ quousq̄ appareat aliqualis
contractio in pulpis digitorum. Qn̄ si solum querat̄
membrorum calefactio ⁊ humectatio minor mora erit
in balneo ⁊ statim cum membra incipiunt rubere ⁊ no
tabiliter calefieri cessabit̄ a balneo. Et non erit multū
irrationabile corpori bene carnoso etate media ⁊ suf
ficienter calida superinfundere aquam non calidam sed
tepidam. Ex hoc enim caliditas ⁊ humiditas robo/
rant̄ in membris. Multum autem caueri debet q̄ in
exitu balnei non bibatur aliquid vehementer calidū
nec vehementer frigidum. Nam primum perducit ad
ethicam ⁊ paralisim. secundnm autem corrumpit vir
tutem membrorum principaliū ⁊ forsan perducit ad
ydropisim. Amplius in exitu balnei sollicitus esse
debet de capitis coopertura ⁊ totius corporis ⁊ spe
cialiter in hyeme ne corpus exponat̄ ad recipiendum
frigiditatem ad quam paratū ē propter pororum aper/
tionem inductam a balneo. Sunt autē quidam qui ī
gredi balneum in ieiunio dubitant ex eo q̄ colera in
eorum corporibus augeat̄ ⁊ hiis competit ante ingres
sum balnei recipere buccellam panis intinctam in suc
co granatorum uel in vino multum limphato. Et sūt
alii qui ex ingressu in balneū ⁊ specialiter post cibum
opilationes incurrunt ⁊ hiis competit bibere oximel
uel syrupū acetosum cum radicibus si sint calide com
plexionis uel dyatrionpiperon uel dyamentastrum
si sint frigide complexionis. Balnea autem ex aquis
sapientibus naturā farmacorum uel metallorū nullo mō

cōpetunt in sanitatis regimine sed bene competunt ī
cura multorum morborum· sed quia non intendimus
de egritudinum cura de hiis balneis nullam facie/
mus mentionē· Ampliꝰ ē diligenter notandum ꝙ in
sanitatis regimine interdū fit stupha ⁊ interdū balne
um· Balneū nō pōt fieri sine aqua sꝫ stupha bñ fit in
aere sine aqua· Et huius ꝓprietas ē magis resolue/
re ꝙ̄ hūectare· immo taliū stupharꝫ ꝓprietas ē mul/
tū resoluere ⁊ maxīe supfluitates exteriꝰ existentes
Et qꝛ in talibꝰ stuphis interdū ponunt̄ herbe sm di
uersitatē herbarꝫ in eis positarꝫ diuersi sunt earꝫ effe
ctus· qñqꝫ enim multum calefaciunt ⁊ similiter exsic/
cant ⁊ cōpetūt in multum frigidis ⁊ hūidis· qñqꝫ mlˀ
tum calefaciūt ⁊ nō multum desiccant· qñqꝫ non mul
tum calefaciunt sed multū desiccāt sm ꝙ scit medicus
ordinare cognoscēs virtutes simpliciū ingredientiuꝫ
stuphas ⁊ modū mensurādi ignē sm exigentiā eiꝰ q
stuphari debet· Sed bñ scias ꝙ nullo modo debꝫ fi
eri stupha corpore existente plectorico nec immedia
te post cibum· nam corpore existente plectorico per
stuphas humores discurrunt ⁊ ebulliunt ⁊ preparan
tur ad putrefactionem ⁊ possunt apostemata causa/
ri in membris occultis ⁊ manifestis· Et si aliquis stu
phet̄ post cibū immediate impeditur cibi digestio ex
eo ꝙ calor mouet̄ a centro ad circumferentiam ⁊ sic
calor mouetur a loco digestionis ⁊ per consequens
digestio debilitatur ⁊ alimentum trahitur indigestū
ad membra ⁊ possunt causari opilationes apostema
ta febres ⁊ cutis defedationes ⁊ ydropes· Vlteri
us diligenter est notandum ꝙ balneum quo indiget

corpus temperatum supposito conuenienti exercitio ⁊ sufficienti ⁊ similiter fricatione non ē nisi ad abster gendum sudoris vestigia per exercitium derelicta ⁊ ad calefaciendum ⁊ ad humectandum membra tē perate. Vñ tale balneū debet eē ex aqua tepida vel quam solis feruoribus estas calefecit. Non enim de bet eē notabiliter calida. Et bonum est ꝙ ī balneo ꝓ iciant᷑ rose vnico feruore bulite. Notandum ꝙ calū ne pedum ad cōseruationē visꝰ ⁊ auditus ⁊ memorie sepe leuari debent atqꝫ fricari cuꝫ aqua moderate ca liditatis ⁊ talis lotio fieri debet in sero circa introitū lecti longe a cibo ⁊ specialiter diebus illis quibꝰ non cenare contingit. Ampliꝰ capitis lotio non tardet᷑ vl tra viginti dies nec fiat in ebdomada plus q̄ꝫ semel ⁊ nunq̄ꝫ stomacho repleto sed ante prandium uel lōge post ipsum ⁊ ante cenā si ꝓponat᷑ cenare.

Capitulum quintū de coitu.

Coitus secundum veritatē iuuamentum habꝫ in expulsione superfluitatum tercie digestiue quare operit in sanitatis regimīe. Vñ nō ap probo opinionē dicentiū coitū non ɔuenire in sanita tis regimine. sꝫ bñ verū est ꝙ coitus non hꝫ necessita tem sicut exercitium cibus ⁊ potus ⁊ similia. Hec eniꝫ cōmunia sunt cuilibet etati. sed coitus soli adolescen tie immo etiam adolescentes possuut viuere sani sine vsu coitus sicut apparet in multis viris uenerabilibꝰ qui toto eorū tempore viuunt continenter ⁊ sani sed saniores eēnt si vterent᷑ coitu moderato Nam super fluum alimenti in q̄ꝫto ⁊ non in quali quod post eiꝰ

fermẽtationẽ in vasis seminariis spma nominat᷑ coi/
tu conueniẽtius expellit᷑ nec ẽ alia via ɔueniẽtior vñ
periculum ẽ si p coitum nõ expellat᷑ ꝙ putrefiet ⁊ ad
aliquid simile veneno ɔuertet᷑ ⁊ causabit pessimas e
gritudines ⁊ tandem mortem. Per exercitiũ em̃ ⁊ bal
neũ ⁊ fricationẽ expellunt᷑ supfluitates membrorum
tercie digestiue. supfluitates quidẽ membroꝝ ⁊ ĩpu/
ritates que sunt supfluitates in q̄li. Sꝫ ẽ quedã mem
broꝝ tercie digestionis supfluitas quidẽ puritatis ⁊
purissima ad ɔseruationẽ spẽi ordinata. hec ãt ɔser
uata p coitũ expellit᷑ in aĩalibꝰ pfectis. Nec est alia
via magis ɔueniens ad hãc supfluitatẽ expellendam
quia nõ sufficit exercitio fricatio uel balneũ ⁊ spẽali
ter cũ talis materia ẽ fermẽtata in vasis seminariis.
Et sic pꝫ ꝙ coitꝰ ẽ iuuatiuꝰ in sanitatis regimĩe Sũt
ãt ipiꝰ coitꝰ alia iuuamẽta specialia q̃ꝙ plurima. Cor
pus enim repletũ alleuiat ⁊ animã hylarẽ ⁊ quietam
facit. irã quoꝙ sedat ⁊ sollicitudinẽ remouet ĩmo qñ
ꝙ eiꝰ occasione quis a melãcolia sanat᷑ ⁊ appetitũ ci
bi ɔfortat ⁊ somnum inducit. Ampliꝰ si quis amore
mulieris tantũ tristet᷑ ut quasi ad mortẽ deueniat v/
tat᷑ multo coitu lꝫ ea non potiat᷑ quã diligit sedatur
eius furiosus amor Ampliꝰ coitus moderatus caput
alleuiat omnesꝙ sensus. Et non solum ɔfert in sanita
tis regimine sed etiam in cura multarum egritudinũ
Sed quia non intendimꝰ in hoc opere ɔe egritudi/
num cura de huiusmodi vtilitatibus nullam penitus
faciemus mentionem. Ex dimissione auteꝫ coitus spe
cialiter consuetis accidit corporis grauitas ⁊ frigidi
tas ⁊ difficultas motuũ ⁊ finaliter ex coitus dimissio

i 2

ne ⁊ spermatis abundantia ⁊ frigore ipsius ⁊ ei9 con-
uersione ad venenositatem accidit ut sperma mittat
ad cor ⁊ cerebrũ vaporem malũ ⁊ venenosuꝫ sicut ac
cidit mulieribus ex coartatione matricis. Et est no/
tandum ꝙ sicut coitus moderatus hꝫ plurima iuua/
menta sic ⁊ immoderatus ⁊ quibus non ꝯuenit infert
plura nocumenta. Inducit enim pl9 debilitatẽ omni
alia euacuatione ⁊ appetitiue destructionẽ ⁊ oculorũ
concauitatem ⁊ cerebri ⁊ sensuũ in eo situatoꝝ debili
tatem. Corpa ãt hñtes sicca a coitu cauere debent ut
ab ĩimico mortali quo si quis multũ vsus fuerit et bi
chã incurret. Etiam ꝯualescentes ⁊ debiles ⁊ macri ⁊
quoꝝ ventres ⁊ ilia subtilia sunt ⁊ quorũ nerui sunt
debiles ⁊ vene stricte coitum omnino vitare debent.
Coitus enĩ multus ⁊ frequens neruis nocet ⁊ oculos
ledit ⁊ vires corporum destruit ⁊ ad seniũ cito addu
cit. vnde parum competit senibus. Corpora autẽ for
tia ⁊ grossa sanguine plena ⁊ venas amplas ⁊ colorẽ
rubeum habentia ⁊ pilos multos sunt sufficientia ad
actum coeundi ⁊ specialiter in fine adolescentie ⁊ ma
xime si vtantur nutrientibus ⁊ augentibus sperma ⁊
bibant vinum dulce ⁊ grossum ⁊ multum dormiant.
Et est diligenter notandum ꝙ coitus qui conuenit ĩ
sanitatis regimine debet esse a sano desiderio ⁊ natu
rali quod quidem desiderium non excitat appetitus
aut intuitus aut pruritus aut ardor aut fortis ẏma
ginatio sed commouet ipsuꝫ multitudo spermatis ex
repletione cũ spiritu ventoso ⁊ ad hoc adiuuat sani
tas virtutis. Debet autem quis in tantum vti coi
tu ꝙ eius appetitus confortetur et senseat se

leuiorem ⁊ magis gaudentem. Non dꝫ aliquis vti coi
tu corpore repleto cibo. uel post cibum immediate si
cut nec tunc est exercitandum nec corpe existēte mul/
tū famelico. hoc em̄ magis pernecās calorē naturalē
⁊ magis attrahēs liquefactionē ⁊ ethicā ⁊ arefactio
nem. Et si ꝯtingat aliquē immediate coire post cibū
oportet prius ipsum moueri paulatim vt cibus des/
cendat ⁊ non natet deinde dormiat. Hora autem co
eundi est post complementum prime ⁊ secunde dige/
stiue ⁊ tercia iam incboata ⁊ debet expleri coitus an
te exercitium ⁊ fricationem. Et si aliquis ī principio
noctis eēt in tali dispositiōe tūc eēt hora ꝯuenientis
sima ad coitum. Nam somnus succedit ei longus ⁊ ac
crescit cum eo virtus ⁊ semen figitᷣ in matrice ⁊ sic cō
ceptio fit facilior ⁊ ex coitu minor inducitᷣ debilitas
Amplius qui vult coire nō debet eē vehementer cale
factus nec infrigidatus licet post calefactionem mi/
nus noceat ꝙ post infrigidationem. Amplius coitus
euitare debet post omnes euacuationes fortes sicut
post vomitum ⁊ fluxum ventris ⁊ fleubothomiaꝫ et
post fortes motus corporeos ⁊ similiter post forteꝫ
iram uel tristiciam vel post forte gaudium ⁊ similiter
cum instat tempus emissionis stercoris ⁊ vrine. Am/
plius mulieres pregnantes dubitantes aborsum eui/
tent coitum sicut prius dixi. Amplius in actu coe/
undi nullo modo retineatur sperma. nam hoc perdu
cit ad destructionem vnius vel duorum testiculorū.

Amplius diligenter est notanduꝫ ꝙ in coitu sunt
figure incōuenientes ⁊ contra legem ⁊ mores ex qbꝰ
corpora pn̄t incurrere maximum nocumentuꝫ sicut si

ascendat mulier supra virum mala ē figura. ex ea eñi timet᷑ inflatio ⁊ vlceratio virge ⁊ vesice propter la/ borē eiectionis spermatis ⁊ dubitat᷑ cursus alicuius in virgam ex parte mulieris. Hec igit᷑ coitus figura penitus est fugienda. Conuenientē aūt figurā coeundi ⁊ vtilē ad cōcipiendū dixi in capitulo de regulis ap propriatis sexui femineo. Amplius scias ꝙ coitꝰ cū in fantibꝰ ⁊ masculis ē fedꝰ ⁊ abbominabilis ⁊ in lege probibitꝰ ⁊ ex vna parte ē nocibilior ⁊ ex alia minꝰ nociuus. Nocibilior quidē quia natura indiget in ta li coitu motu plurimo ut sperma educat᷑. ⁊ minꝰ noci uus est quia minꝰ expellit᷑ de spermate ꝙ̄ cū muliere ⁊ cum minori delectatione. Etenim delectatio magna in coitu vna est de causis inducentibus debilitatem. ⁊ ideo qui plus in coitu delectant᷑ plus debilitant᷑.

Capitulum sextum de comestis ⁊ bibitis.

Rdo naturalis expostulat ut post predicta determinet᷑ de comestis ⁊ bibitis si quidē pꝰ exercitiū ⁊ balneum ⁊ coitū cibꝰ ē necessarius similiter ⁊ potꝰ. Primo igit᷑ determinabit᷑ de cibo et potu in generali. secūdo aūt de singulis maneriebꝰ ci boꝝ ⁊ potuum in speciali vt nrā doctrina sit sufficiē tior ⁊ vtilior. Pꝰ enim exercitiū coitū ⁊ balneum cor pus remanet inanitū cui debet᷑ refectio. Unde vide mus ꝙ post talem inanitionem sequit᷑ cibi appetitꝰ ⁊ desideriū. naturalis enim appetitus incipit ab inani/ tione mēbroꝝ ⁊ terminat᷑ ad inanitionē factā uersꝰ orificiū stomachi ad quā sequit᷑ sensus talis inanitio nis que fames appellat᷑ ⁊ desiderium. Et huiusmodi

Fames īducit̄ ad ostendendum necessitatē cibationis Post hoc ergo desiderium nō ē tardanda cibatio eo ꝙ famē tollerare stōachū replet malis humoribꝰ. At trahit enim stomachus ex vicinis partibus que reti/ nēt quod melius ⁊ utilius est ⁊ dimittūt abire quod peius est ⁊ inutile. Unde uidemꝰ manifeste ꝙ famē tollerantes multas aquositates emittunt ab ore ⁊ sa tis cito desinit eoꝝ appetitus propter repletionē ma lam ⁊ innaturalem in stomacho causatam Unde ap/ petitu deficiente non est comedendū sed accipienduꝫ iulex uel syrupꝰ acetosus uel aqua calida ⁊ tantū est ieiunandū donec appetitꝰ venerit uel excitet̄ ⁊ redeat quibus recte peractis comestio subsequi dꝫ Et ē ual de cauendū ne stōachus adeo repleat̄ ꝙ tendat̄ siue torqueat̄ ⁊ multum grauet̄ ⁊ anhelitus angustiet̄ et pulsus velocitet̄ Et similiter repletio nauseatiua ⁊ fa stidium inducens multum ē euitanda ⁊ specialiter ex malis nutrientibus. Nam si fastidiū sit ex grossis nu trientibꝰ proueniunt iuncturarum dolores ⁊ renū et podogra ⁊ asma ⁊ grossicies splenis ⁊ epatis ⁊ uni/ uersaliter egritudines fleumatice ⁊ melancolice. Et si fastidium sit ex hūoribꝰ subtilibꝰ ꝓueniunt febres a cute ⁊ maligne ⁊ apostemata multū acuta. Multū igi tur euitanda ē repletio nauseatiua. Nō igit̄ tm̄ ē cōe dendū quin locus remaneat vacuꝰ in stōacho nec ex toto dꝫ desiderium sopiri. sed retineri debent alique reliquie appetitus ⁊ hoc specialiter ē obseruādū ī hn̄ tibꝰ appetitū fortē. Sunt em̄ quidā quoꝝ appetitus naturaliter multū sopitus est. Et isti forte plꝰ debēt comedere ꝙ̄ appetunt. Et in hoc multuꝫ cōsiderāda

est experientia cōsiderādo subtiliter q̄titatē cibi quā aliquis perfecte p̄t digerere ꝫm plures dies. Nā quā titas offerendoꝝ nō p̄t certis litteris denotari. Et si aliquis forsan hanc repletionem nauseatiuā incurrat statim euomat. Et si forsan euomere non possit som ni ⁊ exercitii incrementū recipere dꝫ. Et sumēda sunt que uentrem soluunt ⁊ sequēti die paꝝ sumendū ē de cibo. Amplius multū considerari dꝫ ꝙ appetitꝰ nō sit ebriosi vel fastidiosi. Talis enī appetitꝰ nō ē p̄co sus cipiendi cibum. vnde recurrendū est ad alia signa scꝫ ꝙ sentiat stomachū vacuū ⁊ ꝙ expulse sint egestiōes cibi prioris ⁊ ꝙ vrine sint digeste. Hiis em̄ apparēti bus tempꝰ ē recipiendi cibum dato ꝙ nō vigeat ap petitus ⁊ specialiter si aduenerit hora in qua consue uit cibari ⁊ nō acciderit error in priori cibo vel in a/ liquo quod digestionē impediuerit prioris cibi. Et est diligenter notandū ꝙ quidā sunt indigētes pluri mo cibo ⁊ quidā pauciori ⁊ quidā mediocri. Nā hn̄ tes calorē fortē ⁊ corpꝰ magnū ⁊ multū exercitantes ⁊ uniuersaliter hn̄tes uirtutes naturales cibatiuas for tes indigent multo cibo. Et per oppositū quorum ca lor est debilis ⁊ corpꝰ paruū ⁊ virtutes cibatiue sunt debiles ⁊ paꝝ laborātes indigēt pauco cibo. Et me/ diocres inter istos indigent mediocri cibo. Hoc igit᷑ est qđ p̄t declarari de cibi q̄titate p rationē. Nō tn̄ dꝫ p̄termitti experientia sicut priꝰ de fricatione ⁊ ex/ ercio dictū ē ⁊ sicut dictū ē de multo ⁊ pauco sic suo mō intelligat᷑ de subtili ⁊ grosso. Nā habentes calo/ rē fortem ⁊ membra dura ⁊ virtutes cibatiuas fortes ⁊ multū laborantes indigent cibis grossioribus cuius

modi sunt carnes bouine porcine ⁊ anatum ⁊ similia ⁊ per oppositum quorum membra sunt debilia mol/lia humida ⁊ rara ⁊ calor debilis indigent cibo subtili cuiusmodi sunt oua sorbilia ⁊ aqua carnis. Et me/diocres indigent mediocri cibo. Etiã dico ꝙ quidaꝫ sunt indigentes cibo multi nutrimenti. quidã pauci. quidã mediocris. Homines macilleti quoꝝ calor est multum resoluens ⁊ laborãtes multũ indigẽt cibo mlᵗ tum nutriente cuiusmõi sunt oua sorbilia ⁊ oua dura ⁊ aq̃ carnis. Et p oppositũ hoĩes pingues pleni fleumate habentes carnes humidas non multũ laborantes ⁊ habentes calorem obtusum ⁊ lentum indigent cibis pauci nutrimenti cuiusmodi sunt olerũ genera et fructuum ⁊ caseus. ⁊ mediocres indigent mediocri. sicut enim se habet extremum ad extremum ita mediũ ad medium. Amplius sciendum est ꝙ omnes homines indigent cibo boni nutrimenti. Unde si aliquis vtatᵘ cibis mali nutrimenti q̃uis ei forsan in presen/ti non noceant vel propter consuetudinem vel virtutum fortitudinem ⁊ digestiue bonitatem in posteruꝫ tamen ad malas veniet egritudines. Quidam tamen sunt qui propter consuetudinem ⁊ quandam nature proporcionabilitatem preeligere debent cibum parũ deteriorem. vnde si quis consuetus sit vti malo cibo non subito debet mutare consuetudinem sed paula/tim. Et si forsan consuetudinem mutare non possit propter aliquam causam specialem bonum est ꝙ sollicitus sit in purgando humores qui generantur a tali cibo ⁊ sic preseruabitur ab infirmitate. Si au/tem cibus consuetus et desideratus non sit

malicie notabilis nõ mutet᷑ Nam maliciã paruã cor rigit natura bonitate digestiõis ꝛ longitudine ꝯsue/ tudinis. Sed si fuerit malicia notabilis ꝛ magna nõ est corrigibilis a natura. Unde falsum opinant᷑ cre/ dentes malum cibum notabiliter longitudine tpis et bonitate appetitiue posse corpꝰ in sanitate debita ꝯ seruare sine operationũ sensibili lesione. Dicamꝰ igit᷑ recapitulãtes de ꝯpositis qđ in simplicibꝰ dictũ ē ꝙ quidã sunt indigentes cibo multi nutrimẽti facilis di gestiõis ꝛ boni chimi cuiusmõi sunt oua sorbilia ꝛ a qua carnis ꝛ vinum odoriferũ ꝛ subtile Et talia ciba ria ꝯpetũt hñtibꝰ digestionẽ debilẽ ꝛ a quoꝝ corpo ribꝰ facta ē plurima resolutio cuiusmõi sunt ꝯuales/ cẽtes ꝛ ĩdigẽtes augmẽto ꝛ vniuersaliter debilẽ dige stiuã hñtes ꝛ quoꝝ corpa sunt multũ resolubilia et calore extrinseco ꝛ ĩtrinseco. Alii sunt quibꝰ ꝯpetũt ci bi multi nutrimẽti ꝛ difficilis digestiõis ꝛ bõi chimi cuiusmõi sunt carnes ãnualis agni ꝛ oua dura ꝛ simĩ lia. Hec em̃ ꝯpetũt bõibꝰ quoꝝ calor ē fortis ualde ꝛ multuȝ exercitantibꝰ ꝛ hñtibꝰ fortẽ digestiuã ꝛ mẽ bra dura ꝛ spissa. Est ãt terciũ mẽbꝝ hiis ꝯtinuũ qđ nullis ꝯuenit iudicio meo puta cibꝰ multi nutrimẽti facilis digestiõis ꝛ mali chimi puta caro equina ꝛ a/ natuȝ ꝛ uaccina. Sunt etiã alia cibaria q̃ sunt diffici lis digestiõis ꝛ mali chimi ꝛ pauci nutrimẽti que eti am ĩ sanitatis regimĩe nõ ꝯueniũt ꝛ huiusmõi ē caro salita ꝛ salsi pisces. Amplꝰ sunt quidam ĩdigentes ci bis facilis digestionis ꝛ pauci nutrimenti ꝛ bõi chi/ mi cuiusmõi sunt lactuca ꝛ malagranata ꝛ similia. Et hec cibaria ꝯpetũt corpibꝰ repletis ꝛ hũidis debilẽ

digestiuā hn̄tib9 a quoꝝ corporib9 nō multa fit reso
lutio hn̄tib9 tn̄ appetitū bonuꝫ. Sūt etiā alia cibaria
que sunt subtilis nutrimenti ⁊ nō multi ⁊ mali chimi
que nō ꝯpetunt in regimīe sanitatis cuiusmōi sūt pul
mo ⁊ caro aīalium de utero nouiter egredientiū. Am
plius ē cōsiderāda cibariorū q̄litas actualis ⁊ uirtu
alis. Actualis quidē quia in hyeme recipiant᷑ cibaria
actu calida ⁊ in estate frigida ⁊ in mediocrib9 tp̄ib9
mediocria. Et similiter intelligat᷑ de virtuali q̄litate.
Nam calida uirtualiter ꝯpetunt in hyeme ⁊ frigida
in estate. ⁊ in temporib9 mediocrib9 mediocria. Am/
pli9 qui multū lapsi sunt in calido indigēs cibis fri/
gidioribus ⁊ ecōtra ⁊ similiter intelligat᷑ in aliis q̄li/
tatibus. Ampli9 dico ꝙ illa q̄ p̄nt eē cā corruptionis
digestiōis sunt euitāda puta voracitas cōestionis ⁊
mala masticatio. ferculoꝝ multa interruptio. diuerso
rū ciboꝝ ⁊ potuū in eadē mēsa sumptio. ⁊ multa po
tatio. ⁊ mala ciboꝝ ordinatio puta si grossa cibaria
recipiant᷑ an̄ subtilia nā ex hoc corrūpit᷑ digestio. nā
subtile digerit᷑ an̄ grossum ⁊ nō hn̄s exitū in stoma/
cho ꝑmanꝫ pl9 debito. ⁊ sic ī stōacho corrūpit᷑ ⁊ aliū
cibū nōdum digestū corrūpit. Vn̄ rationabili9 ē pri
mo recipere subtilia cibaria ⁊ post grossa. Si e/
nim digerantur ante grossa descendēt a stomacho
⁊ grossa remanebunt in stomacho vsq̧ ad perfectaꝫ
digestionē. Nā via q̄ pꝫ subtiliori nō pꝫ grossiori.
Sed hic ē diligenter notandū ꝙ si aliq̄s paꝝ cōede/
re velit de grossioribus ⁊ multū repleri de subtiliori,
b9 tūc puto rationabili9 eē p̄mitter̄ cibaria grossa. nā
ī pauca q̄ītitate eque cito digeri p̄nt sicut subtilia in

magna q̄ntitate. Vn̄ in tali casu nō ē īconueniēs p̄mit
tere grossa. Si quis āt sciret ꝓporcionare passuz ad
agens vniformiter ita ꝙ tāta eēt diuersitas īter gros
sum ⁊ subtile sicut est inter calorem fundi stomachi ⁊
eius oris tunc melius est ponere grossum in fundo ⁊
subtile ī orificio sȝ q2 hoc q̄si ē īpossibile ⁊ error qui
potest ꝯtigere p̄mittēdo subtile ē minor ⁊ magis cor
rigibilis iō subtilis p̄mittēdꝰ ē grosso. Ampliꝰ ꝯsiđ
randū ē ꝙ cibꝰ primꝰ nō sit lubrificatiuꝰ nā postq̄ e
rit digestꝰ uel an̄ digestionē trahet secū aliū cibū īdi
gestū. Ampliꝰ ē aduertendū ꝙ ī pricipio nō sumant̄
fructꝰ stiptici puta coctana mespila. nā ex hoc pos/
sit īpediri descēsꝰ cibi a stōacho Vn̄ veꝝ ē ꝙ hn̄tibꝰ
ventrē fluxibilē interdū talia ꝯpetūt ī pricipio cōe/
stionis. Et vniuersaliter ꝯsiderandū ē ꝙ sanitatis cō
seruator nec fructibꝰ nec oleribꝰ uti dȝ nisi ī pauca q̄
titate. generāt em̄ sanguinē aquosuȝ uaporosuȝ ⁊ pu
trefactiōi aptū. Si tn̄ fructibꝰ uti ꝯtigat ī sanitatis
regimine fructꝰ stiptici sunt postponēdi aliis cibis si
cut coctana pira amigdala castanee mespila auellane
Et fructꝰ laxatiui sunt p̄mittēdi puta vua ficus pru
na persica mora ⁊ similia nec pꝰ tales fructꝰ ē īmedia
te cōedendꝰ aliꝰ cibꝰ sȝ paꝝ īmorandū ⁊ superbibē
dū aliquid subductiuum ventris puta mellicratū uel
vinum dulce vel aliquod brodium subductiuuȝ. Ta
les autē fructus maxime ꝯpetunt hiis qui aliqualeȝ
estuationem sentiunt in stōachis eoruȝ uel ꝓpter na
turalē ꝯplexionē uel ꝓpter laborē uł balneū uł aliq̄
lē infirmitatē. Nolumꝰ āt plꝰ loqui de fructibꝰ q2 đ
hiis inferius specialiter loquetur. Amplius sciasꝙ in

regimine sanitatis nō multū ꝯpetūt sapoꝝ diuersoꝝ delectamēta ex quib⁹ hō pl⁹ de cibo recipit q̄ȝ debe ret vn̄ talia sapoꝝ delectamēta pl⁹ ꝯueniūt egris q̄ȝ sanis. Amplius scias ꝙ in regimine sanitatis nō cōpe- tit aliquid medicinale nisi forsan ad p̄seruandū sȝ nō ad conseruandū. Nā sicut de proprietate cibi ē cōser uare sic de ꝓprietate medicine ē alterare. Caueat igi tur sanitatis cōseruator ne vtat᷑ aliquo sapiente na- turā medicinalē ad ꝯseruandū licȝ bn̄ ab p̄seruandū Amplius hora cōestionis eligat᷑ frigida ⁊ si nō sit pos sibile eligat᷑ loc⁹ frigid⁹ ⁊ sint hore cōestiōis tales ꝙ p⁹ eas hō possit quiescere ⁊ candē dormire. Nō etiā imediate post cibū ē exercitandū sed primit⁹ quiescē dū ⁊ dormiēdū. nō tn̄ vituperat᷑ sȝ laudat᷑ lēta p⁹ ci bū deambulatio an̄ somnū ut cib⁹ descēdat ad fūdū stōachi in quo fit cibi melior digestio. Qd aūt iuuat ad cibi digestionē ē primit⁹ paꝝ dormire sup dexte rū lat⁹ ut cib⁹ descēdat ad funduȝ stōachi deinde lō giori tp̄e sup sinistꝝ ut digestio pficiat᷑. Nā decubi t⁹ sup sinistꝝ lat⁹ pl⁹ ꝯfert digestiōi ōni alio decubi tu. In hoc eēm decubitu epar āplexat᷑ cibū in stōacho sicut gallina ouuȝ in pulli generatiōe ⁊ sic cib⁹ in sto macho perfecti⁹ ꝺigerit᷑. Sȝ i fine somni iteꝝ iacēdū ē supra dexteꝝ ut facili⁹ cib⁹ trāseat ex stōacho ad e par ⁊ superfluitates digestiōis prime facilius descen dāt. Et est diligēter notanduȝ ꝙ si ꝯtingat aliqueȝ a ꝓposito vel casu recipere cibuȝ alicui⁹ male qualita tis puta acetosum uel salsum uel ponticuȝ satis ē ra tionabile post eundē recipere cibuȝ q̄ltiatis cōtrarie ad corrigenduȝ maliciā primi. uerbi grā si qs recipiat

cibaria acuta vel salsa ꝛ post talia recipiat ante eoꝝ digestionem res humectantes ꝛ dulces vel saporem non habentes erit conueniens regimē. similiter intelligat̄ ī aliis. Amplius summope ē cauendū ꝙ post cibū digestione incboata nō bibat̄ aqua uel vinū in q̄titate notabili. Hoc enim ē de hiis que digestiōis ebulitionē interrūpūt sicut pꝫ in potto buliēte si supinfūdat̄ aq̄ frigida. nā ab ebulitiōe desistit. Nō ē igit̄ bibendū donec cibus de stōacho descēdat. Q si sitis necessitatē inferat modicū aq̄ sugēdo paulatī bibat Et q̄to plus fuerit frigida tāto minus de ea sufficiet. Amplius scias ꝙ bibere vinū post cibū digestione iā incboata facit cibum descēdere de stomacho īdigestuꝫ ꝛ facit accidere opilatiōes ꝛ eaꝝ egritudines ꝛ similiter putrefactionē. Amplius scias ꝙ vehemēter famelicus nō dꝫ prīo recipere cibū subtilē. qꝺ si ꝯtigat stōachus terrebit̄ a grosso nec postea grossum recipere aut digerere p̄t. ꝛ sic cibus grossus corrūpet̄. In tali igit̄ casu p̄mittendus ē cibus grossus paulatim an̄ subtilē. Non em̄ postea terrebit̄ stomachus a subtili. Cā āt huius accidētis ē ex eo ꝙ ī stōacho vehemēter vacuo ꝛ inanito ē calor intensus cui cibus subtilis nō ē ꝓporcionatus. Vn̄ recepto cibo subtili ꝓpter stōachi forte desiderū ꝛ cibi subtilis paucā resistentiā dispgit̄ cibus ad oēs ptes stomachi ꝛ sic quedā repletio fātastica causabit̄ ꝛ sic os stomachi claudet̄ ꝛ terrebit̄ natura a cibo superueniente grosso nisi tm̄ īteruenīat spaciū ꝙ p̄dicta repletio fantastica sedet̄ que nō causabit̄ si cibus grossus recipiat̄ primitus ī stōacho vehemēter uacuo ꝛ famelico. nā cibus grossus nō dispgit̄ ꝓpter eius

inobedientiam ad singulas partes parietum stoma/
chi sicut dispgebat' subtilis. Amplius sollicitandũ ẽ
in numero comestionũ ꝛ in hoc ẽ multũ cõsiderãda ꝯ
suetudo ꝛ obseruãda vel paulatim si sit mala omittẽ
da. Qui igit' semel in die comedere ꝯsueuit nõ subito
se transferre debet ad duas comestiones nec econtra
subita em̃ mutatio nocet. Et in hoc multum conside/
rare debet medicus. Veꝝ experimentũ illud qd põt
rõe scribi hic breuiter ẽ dicẽdũ. Quidã em̃ sunt quibꝫ
vnica cõestio ĩ die naturali videt' sufficere. verbigrã
quoꝝ virtutes sunt satis fortes ꝛ mẽbra nõ multum
resolubilia ꝛ paꝝ exercitantes se ꝛ qui sufficiẽtẽ cibuꝫ
vnica comestione sumere pñt ꝛ ĩ hũoribꝫ fleumaticis
hñt abũdantiã ꝛ vniuersaliter quoruꝫ corpa hũida
sunt ꝛ cũ hoc cibaria quibꝫ vtunt' sint equaliter gros
sa ꝛ viscosa ꝛ multũ nutriẽtia ꝛ nõ faciliter resolubi/
lia. Talibus enim sufficit cibus semel in die naturali
nisi consuetudo sit ad ꝯtrariũ. Sũt ãt alii quibꝫ non
sufficit vnica comestio in die naturali sicut illi quoꝝ
virtutes sunt debiliores ꝛ calor ẽ fortis ad digeren/
dum ꝛ resoluendũ ꝛ quoꝝ corpora sunt resolubilia
ꝛ maculẽta ꝛ ad siccitatem naturaliter vel accidẽtali/
ter declinãtia ꝛ vtẽtia cibo subtili facile resolubili et
degestibili ꝛ in quãtitate minori ꝛ cũ hoc multuꝫ exer
citantia his igit' ꝯpetit bina comestio in die natura
li. Mediocribꝫ vero ꝛ tẽperatis sufficit cõedere ter
in duobꝫ diebꝫ sic ꝙ inter vnã comestionẽ ꝛ aliã ĩter
ueniat spaciũ sedecim horaꝝ. Sunt ãt quibã quibus
nõ sufficit bina comestio in die naturali sed debent
cibari ter vel quater in die sicut sunt senes a senio

⁊ conualescentes ⁊ pueri ⁊ vniuersaliter debiles. Se/
nes enim sunt sicut lucerna extinctioni parata. vnde
si eis cibus non sepe administret᷑ calor consumit᷑ ⁊ ex
tinguit᷑ ⁊ si vna vice multum administret᷑ eoꝝ calor
suffocat᷑ vnde isti indigent sepe comedere ⁊ parū Cō
ualescentes etiā sunt huiusmōi. Indigent enī cibo vt
deueniant ad proprium statum sed quia eorum ca/
lor est debilitatus non possunt multum cibum simul
digerere. Bonum est igit᷑ ꝙ patiat᷑ eorū cibus ut cor
pus confortet᷑ ⁊ calor naturalis non laboret in dige
rendo. ⁊ eadem ratio est in pueris. Complexionibus
igit᷑ hominū consideratis dicemꝰ ꝙ fleumatici meliꝰ
possunt ieiunare ⁊ colerici minime. sanguinei autem
⁊ melancolici mediocriter nisi ꝙ melācolici magis se
tenent ex parte fleumaticoruꝫ ⁊ sanguinei ex parte co
lericorum. Et inter hos omnes temperati mediocres
existunt. De etatibus etiam pꝫ ꝙ infantes ⁊ specia
liter animosi minus possunt ieiunare ⁊ senes a senec/
tute maxime et mediocres se habent medio modo.
Hec igit᷑ sunt que secundum rationē dicere possumꝰ
de numero comestionum. Est autem diligenter notā/
dum ꝙ sunt quedam cibaria que non sunt simul edē
da puta lac ⁊ acetum ⁊ vniuersaliter acetosum nec lac
⁊ pisces. nec lac acetosum cū raphano. nec carnes vo
latilium post risum conditū cū lacte nec vti debemꝰ
oleo vel pinguedine in condimento cibariorum que
in ereo extiterunt vase. Amplius multū est considerā
dum quando competunt cibaria grossiora ī mane vł
in vespere. Et saluo meliori iudicio puto ꝙ nisi reu/
ma impediat ꝙ vespere grossior cibus ⁊ maior in

q̄titate ɔpetit ⁊ specialiter supposita noctium lōgitudine sufficienti. ⁊ ꝙ hō dormiat de nocte. nā dige/gestio fit in quiete ⁊ in somno quiescūt virtutes aīales ⁊ fortificant̄ naturales. In somno enī melior fit digestio in stomacho in epate ⁊ in toto corpore. sed suspecti de reumate abstineant a cena aut paꝝ cenēt ⁊ longe a somno. Amplius diligenter ē notandū ꝙ aliquis volens sanitatem ɔseruare nō multū bibere dꝫ nec in principio mense nec in medio. sed differre debꝫ potum usqꝫ ꝓpe finē cōestionis ⁊ tūc tantū bibendū est ꝙ uera sitis sedet̄. Est āt uera sitis quedā estuatō in stōacho causata ex cibo recepto qui hꝫ quodam/mō stōachū calefacere ⁊ exsiccare. Est em̄ fames ap/petitus calidi ⁊ sicci. ⁊ sitis frigidi ⁊ hūidi. Et qꝛ ta/lis estuatio maxīe ɔtingit circa finē cōestiōis iō tūc ē bibendū ⁊ nō ante nisi paꝝ. Sciendū āt ꝙ triplex ē potus. quidā em̄ ē pmixtiuus. alius delatiuus. ⁊ alius ē sitis sedatiuus. Potus igit̄ pmixtiuus pt recipi simul cū cibo. Vn̄ saluo meliori iudicio puto ꝙ talis potus non dꝫ differri usqꝫ ad finē cōestiōis sꝫ dꝫ recipi ī principio medio vel fine. Et iste potus maxime ɔpetit qn̄ sumūtur cibaria grossa actualiter sicca ⁊ uirtualiter sicut pꝫ in laborantibus cōedentibus panē siccū. Sꝫ potus sitis sedatiuus regulariter ⁊ in hominibus bn̄ dispo/sitis dꝫ differri usqꝫ ad finē cōestiōis. tūc em̄ est uera sitis ꝓpter estuationē cibi calidi ⁊ sicci. Nō em̄ multū rationabile ē ꝙ simul uigeat sitis ⁊ fames qꝛ sunt appetitus ad ɔtraria. Potus āt delatiuus maxīe ɔpetit ɔpleta prīa digestiōe ⁊ tūc regulariter nō ē malū biber̄ ut cibus facilius trāseat a stōacho ad epar ⁊ ꝑparet̄

stomachus ad recipiendum alium cibum. ⁊ si forsan
contingat aliquem sitire non precedente comestiōe et
sine fame ꝑt prenosticari a medico sitis illa eē innatu
ralis ⁊ in tali casu interdū ꝑt ꝯpetere potꝯ an̄ cibum
ꝫ quia hoc exit limites regiminis sanitatis nō plꝯ lo
quemur de isto. Potꝯ autem qui regulariter ꝯpetit ĩ
regimine sanitatis non est aqua sed vinum uel aliqd
proporcionabile vino puta ceruisia vel cerusariū uꝉ
pomerium vel mellicratum vel aliquod simile quibꝯ
omnibus vinum est melius. Et quia de hiis omnibꝯ
inferius tractabit' in speciali volo transire. Vinum
autem quo vti debemus in regimine sanitatis nō sit
acutum nec igneum nec grossum nec dulce. Et in esta/
te sit album vel roseum ⁊ in hyeme rubeum uel sub/
rubeum ⁊ sit clarum ⁊ subtile ⁊ saporis amicabilis et
odoris suauis. Et est diligenter notandum ꝙ quo
rundam magistrorum opinio est ꝙ magis eligenduꝫ
est vinum debile sine aque admixtione ꝙ̄ vinum for
te cum aqua fractum ⁊ specialiter corporibus tempe
ratis colericis ⁊ sanguineis. sed istorum opinioni nul
latenus acquiesco Nam vina debilia cuiusmodi sunt
gallicana multum sunt corruptibilia vnde facilime
corrumpuntur. Et huius rei signum est ꝙ si vinuꝫ
debile gallicanum dimittatur in aere per noctē ĩ ma
ne inuenitur corruptum Vnde puto ꝙ vinum for
te fractum cum aqua multa est conuenientius in sani/
tatis regimine nisi in casu in quo vinum debilius nō
sit adeo debile ꝙ sit nimis corruptibile in natura sua
sicut vina gallicana. Ex hiis igitur patet ꝙ ne/
ctar non competit in regimine sanitatis in via

potus. Et vniuersaliter vina sapientia naturam ali/
cuius farmacorum vel ratione vasis vel ratione per
mixtionis. Etiam patet quod vinum nouum defecatum
seu clarificatum magis competit in regimine sanitatis
quam vinum antiquum. Et est notandum diligenter quod in
terdum aliquis patitur sitim mendosam in qua non estu
at orificium stomachi sed guttur et pulmo arescit et os
et palatum vel propter puluerem aut motum aeris et
calorem et siccitatem. Et in tali casu non expedit bibe
re sed sufficit gargarizare vinum bene limphatum aut
aquaticum propter partes predictas humectandas
vel si magis placet succosos fructus masticare et abii
cere. vel modicum succi deglutire propter gutturis as
peritatem et ariditatem erit expediens. Amplius scias
quod in tali siti interdum iuuat attractio aeris frigidi
per os et nares. Et est diligenter notandum quod secun/
dum diuersitates complexionis etatis et sic de singu/
lis attenditur diuersitas in administratione vini vel po
tuum aliorum. Quibusdam enim complexionibus com
petunt vina fortiora et quibusdam debiliora et qui/
busdam plus quibusdam uero minus. et quibusdam gros
siora et quibusdam subtiliora. Et similiter intelligitur
de etatibus et aliis Homines igitur calidioris comple
xionis indigent vinis debilioribus et subtilioribus et
indigent maiori quantitate. Et homines frigidioris
complexionis indigent vinis fortioribus et minoris
quantitatis. Amplius habentes neruos debiles indigent vi
nis debilibus et habentes cerebrum forte et neruos for
tes securius possunt vti fortioribus. Amplius de/
biles indigent vinis et potibus magis nutritiuis et

Fortes minus Amplius melancolici indigent bōis vinis. Tum quia frigidi ⁊ vinum calefacit. Tū quia tristes ⁊ vinum letificat. Tum quia habent paucos spiritus ⁊ eos vinum multiplicat. Quantitas autem mediocris potus quē homo debet recipere in mensa ad sitim sedandam ⁊ ad cibi permixtionem est quatuor librarum minutarum sicut quidam sapiens testat̄ ⁊ experientia docet. Sed quantitas potus offerēdi sicut nec aliorum potest litteris certis scribi sed coniectura veritati propinqua. Quidam enim sunt quibus sufficit minor quantitas ⁊ quibusdam maior ⁊ ī hoc multum debet attēdi quātitas cibi ⁊ q̄litas. Nā secundum aliam ⁊ aliam cibi q̄titatem ⁊ qualitatem diuersificabit̄ potus quātitas sicut etiam diuersificatat̄ sitis naturalis. Vn̄ qui pl⁹ cōedunt ⁊ cibaria maiorē estuationem in stomacho inducentia pl⁹ sitiunt ⁊ indigent pluri potu. Et quāto sitis est maior ⁊ intensior ceteris paribus potus debet eē debilior ⁊ in quantitate maior ⁊ econuerso. Ampli⁹ in exbibitiōe potus debet multum considerari qualitas ⁊ q̄titas stomachi capientis Habentes enim stomachum siccū multum sitiunt ⁊ magnam q̄titatem potus sustinere non possunt. Et contrarium est de habētibus stomachum humidum. Nam isti parum sitiunt ⁊ magnā q̄titatem potus sustinere possunt. Hec igit̄ generalia sufficiunt de cibo ⁊ potu quia īferius de hiis tractabit̄ in speciali.

Capitulum septimum de somno ⁊ vigilia.

Onsequens est determinare de somno ⁊ vigi
lia ei ꝯtraria. Nā regule ex hiis sunt in regi/
mīe sanitatis plurimū necessarie Est igit̄ dili
gēter notandū ꝙ somni vtilitas in sanitatis regimīe
si debite administret̄ est valde magnū bonū. Est igi
tur perpendere ꝙ̄to somno natura iuuetur. Nam per
somnum calor naturalis qui operat̄ circa materiā nu
trimenti in interioribus confortat̄ in quibus viget a
limenti digestio. ⁊ sic melior fit digestio. Amplius p
somnum quiescunt omnia membra exteriora a suis o
perationib9. Et quia digestio fit in quiete magis tūc
viget digestio. Amplius per somnum virtutes anima
les que fatigate sunt refocillant̄ ⁊ confortant̄ si qui/
dem erant fatigate per motum per quietē somni for
tificant̄. Vnde in omni motione corporis cum cepe/
rit quis dolere statim quiescere remedium est Nō est
autem uera quies nisi in somno. Nam in vigilia orga
na sensuum sunt in actu secundo ⁊ sic non potest cor/
pus uere quiescere. Vnde etiam membra motiua nō
vere quiescere possunt in vigilia propter colligantiā
⁊ propinquitatem ad organa sensuum qui sunt in ac
tu secundo. Propter hoc igit̄ non potest eē hō diu
sine somno. Si enim somnus fuerit moderatus cibus
digerit̄ ⁊ corp9 impinguatur. dolor dissoluitur. ani
mus confortatur. calor naturalis augmentatur. humo
res temperantur. ⁊ mens clarificatur. Amplius som/
nus est calefaciens ⁊ humectans. digestio autem vi/
get per calidum ⁊ humidum. Et sic apparet ꝙ som/
nus bene adiuuat digestionem Et quia senes sunt fri
gidi ⁊ sicci ⁊ male digerunt indigent maxime somno

quapropter Galien⁹ in etate senectutis prouocabat
somnum cū comestione lactucaꝝ sed quia lactuce sūt
frigide ipsas cū aromatib⁹ comedebat. Et sicut som
nus debito modo exhibitus multas hꝫ vtilitates sic
⁊ vigilia moderata ⁊ debito modo exhibita. Nā de
siderium auget ⁊ famem excitat partes exteriores cō/
fortat ⁊ spūs ad exteriora mouꝫ sine quibus nō pos
sunt membra exercitari quod tamen exercitium ē mul
tum necessarium. Et sicut somnus ⁊ vigilia medera/
ta sanitatem conseruant sic etiam si indebito mō ex/
hibeant᷑ sanitatem corrumpunt. Unde immoderatus
somnus preparat corpus ad apoplexiā epilentiaꝫ et
paralisim ⁊ stuporē. Et ut sic ad vnū dicere generat
egritudines humectantes ⁊ reumata ⁊ splenem ⁊ ner/
uos laxat ⁊ pigriciā efficit ⁊ desiderium deiicit apo/
stemata ⁊ febres frequenter generat Vigilia aūt im
moderata corp⁹ desiccat ⁊ uirtutes animales debili/
tat ⁊ digestionem diminuit ⁊ preparat corp⁹ ad egri
tudines ꝯsumptiuas. De vigilia aūt innaturali que ē
res contra naturam ⁊ de somno innaturali ⁊ ex quib⁹
causis possunt prouenire non est hic dicendum quia
hoc exit regimen sanitatis ⁊ ingredit᷑ curā egritudīs.
Sufficit autem ad presens scire ꝙ somno ⁊ vigilia in
corporibus sanis possumus vti bene ⁊ male. Dica/
mus igitur modum vtendi somno. Sciendum igitur
ꝙ post comestionem competit somnus non quidem
immediate sed tantum est immorandū vt cibus des/
cendat ab orificio stomachi. Nec est post immediate
laborandum nec mente studendo disputando vel le
gendo vel corpore exercitando. Hec enim

impediunt cibi digestionem sȝ quiescendum ē ⁊ audi
enda sunt aliqua musicalia quibus hō nō sit multum
intentus uel alique hystorie Et si forsan tardet cibi
descensus ab orificio stomachi paꝝ ⁊ lente est deam
bulandum quousqȝ sentiat cibum descendisse ab ori/
ficio stomachi. Si enim quis ante descensuȝ cibi a sto
machi orificio dormire presumat generant rugitus ⁊
inflatiōes ⁊ dolores in vētre ⁊ ēt sōnꝰ laboriosior et
digestio corrumpit ⁊ postq̄ȝ cibus descendit ⁊ fumi
mulcebres ⁊ suaues fuerint eleuati ad cerebrum in/
ducentes somnum tunc nature est satisfaciendum. ⁊
tunc immediate dormiendum In estate quidem in lo
co frigidiori non reumatico cum pedibꝰ nō calciatis
Nā dormire pedibꝰ calciatis inducit uisꝰ debilitateȝ
⁊ totiꝰ corporis estuationem. Amplius omnia mem
bra totius corporis debent esse cooperta ⁊ meliusq̄ȝ
in vigilia ⁊ specialiter caput ⁊ puluinare debȝ esse al
tum ne cibus regurgitet ad orificium stomachi. ⁊ in
principio somni parum dormiendum est supra latus
dexterum. hoc enim est iuuans ad perfectum cibi des
censum ⁊ parum ad digestionem. Quidam tn̄ magni
asseruut huius contrarium. Dicunt enim q̄ decubitꝰ
supra dexterum latus iuuat ad digestionem quia tūc
epar supponit stomacho sicut ignis lebeti. Hec autē
ymaginatio est falsa. Nam epar non digerit cibum ī
stomacho calefaciendo ad modum ignis. sed ample/
ctendo cibum in stomacho sicut gallina ouum. Et
quia dormiendo supra sinistrum latus perfectiꝰ am
plectitur ideo perfectius digerit. Non igitur est

dormiendum supra dexterꝫ nisi parum propter des/
censum ⁊ deinde supra sinistrum propter digestionē
⁊ in fine digestionis dormiendum est aliquantulū su
pra dexterum ut facilius descendat cibus de stoma/
cho ad epar ⁊ superfluitas prime digestionis liberiꝰ
descendat. Quantitas autem somni sicut nec aliorum
non potest certis litteris denotari. Debet autem som
nus esse tantus ꝙ prima digestio sit completa ⁊ ꝙ ci
bus transierit ad epar ubi est locus secunde digestio
nis. Nec est forte malum in tantuꝫ prolongare som
num ꝙ secunda digestio sit completa. Hoc autem
tempus diuersificabitᷣ secundum diuersitatem cōple
xionum etatum ⁊ sic de aliis. Nam qui sunt calide
complexionis ⁊ habent digestiuam bonam ⁊ come/
dunt cibaria facilia ad digerendum ⁊ non comedunt
multum in quantitate tales cito digerunt. Unde ta/
libus forte sufficit somnus breuis puta sex horarum
vel octo ad plus. Sed illi qui sunt istis contrarii. sci/
licet frigide ⁊ humide complexionis habētes digesti/
uam debilem ⁊ comedentes multum ⁊ cibaria non ō
bedientia digestioni. Tales utiqꝫ indigent somno lō
go puta decem vel duodecim horarum. Nec tales
possunt comedere nisi semel in die naturali. Alii sunt
qui medii sunt inter predictos in conditionibus pre
nominatis ⁊ isti indigent somno mediocri. Ampli
us in hoc multum considerare debemus fatigationē
virtutum animalium. Nam secundum ꝙ fatigatio uꝭ
lassatio fuerit maior et intensior secundum hoc opꝫ

est longiori somno et econuerso Et quorum est me
diocris somnus debet esse mediocris. Signum au
tem sufficientis somni est totius corporis leuitas et
specialiter cerebri ⁊ palpebrarum ⁊ oculorum ⁊ descē
sus cibi a stomacho ⁊ voluntas ascellandi ⁊ mingen/
di. Grauitas autem palpebrarum ⁊ cerebri ⁊ toti
us corporis ⁊ somnolentia ⁊ eructuatio sapiens na/
turam cibi preassumpti significat somnum non eē suf
ficientem. Et est diligenter notandum ꝙ in quanti
tate somni sicut ⁊ in aliis considerare debemꝰ secun/
dum experimentum. Experiatur enim homo quanti
tatem somni vna die. Et sic consequenter ⁊ proculdu
bio perpendat quantum dormire debeat. Hec au/
tem experientia debet fieri supposito regimine eodē
⁊ equali seu temperato in predictis diebus. Et est di
ligenter notandum ꝙ homines temperati vel prope
supposito regimine equali in ceteris tantum appetunt
somnum quantum oportet ⁊ est eis necessarium. Nā
optima natura tantum appetit quantum est ei neces/
sarium. ⁊ hoc est verum nisi consuetudo obuiet. Sed
in corporibus lapsis non est confidendum in appeti/
tu. Quidam enim plus appetunt somnum ꝗ̄ opor
teat. Et quidam minus sicut in exercitio superius me
mini me dixisse. In corporibus enim temperatis v
tentibus regimine temperato potest dici ꝙ quātitas
somni est equalis quantitati vigiliarum vel prope.
Amplius est sciendū de qualitate somni ꝙ somnꝰ ꝗ̄to
ꝓfundior tanto melior ⁊ loquor de somno naturali

De somno enim innaturali vt stupore non loquor.
Et nota ꝙ conualescentes ⁊ exercitati forti exercitio ⁊ multum comedentes dormiunt forti somno et profundo. Amplius est sciendum ꝙ corporibus temperatis non competit dormire supra ventrẽ ꝓpter colli torsionem ⁊ stomachi compressionem. licet in habentibus digestiuam debilem confert digestioni. Amplius sciendum ꝙ nullo modo dormiendũ est supinus. Hoc enim preparat corpus ad egritudines prius nominatas puta ad incubum ⁊ apoplexiam ⁊ stuporem ⁊ similia. Hec enim figura dormiendi facit superfluitates decliuare ad posteriora ⁊ sic retinentur et non incedunt per suos canales qui sunt in anterioribus ⁊ fiunt causa predictarum egritudinum. Amplius sciendum est ꝙ somnus naturalis ⁊ bonus est ille qui diem non impedit. Nam dormire de die corpus preparat ad malas egritudines que superius dicte sunt. Nam dies est luminosa cum strepitu ⁊ apta exercitio ⁊ vigilie ⁊ nox est apta somno. Tum quia frigidior. Tum quia obscurior. Tum quia quiescentior ⁊ quo ad animam et quo ad corpus. Hoc igitur tempus est magis aptum ad dormiendum ⁊ dies ad laborandum. Et ideo concluditur ꝙ versus noctem melius est plus recipere de cibo ⁊ specialiter nisi noctes sint valde breues quia melior fit digestio in nocte ratione somni ⁊ quietis ⁊ etiam frigiditate aeris. Sed suspecti de reumate ⁊ passionibus oculorum et aurium ⁊ ceterorum sensuum abstineant a cena. Et est

diligenter notandum q̄ completo somno studendū ē diligenter emūdare corp9 a superfluitatib9 multiplicatis nō solū p secessū ꝛ vrinā ſꝫ etiā p alias ptes tussiendo ꝛ rascādo ꝛ nares mūdando ꝛ caput pectinādo ꝛ man9 ꝛ faciē cum aqua tepida lauādo.

Capitulum octauum de accidentib9 anime.

Sicut accidentium aīe correctio ad philosophū moralem ptinet ut aīa bonis habitib9 īformet᷑. sic ad medicuꝫ ut corpus in debita sanitate conseruet᷑. quot enim modis alterat᷑ ex necessitate corp9 tot sunt ꝓcurationū genera. ꝛ quia aīe accidentia ex necessitate alterant corpus ꝛ eorum correctio ꝛ moderatio ad medicum pertinet. Nā sicut mali homines sunt maliciā cōplexionis sequētes. sic plerūq̄ꝫ eos sequit᷑ ꝯplexiōis malicia. Unde iracūdi ex frequēti ira ultra modū calefiūt ꝛ similiter suo mō intelligat᷑ in aliis huiusmōi. aūt anime accidentia quorū correctio quodāmodo ptinet ad medicū sunt ira gaudium timor tristicia tediū ꝛ uerecundia. In ira quidē mouet᷑ calor ꝛ spūs subito ꝛ īpetuose ad extra nō totaliter relinquēdo radicē ſꝫ accendit᷑ in radice primo ꝛ postea mouet᷑ ad extra. ſꝫ ī gaudio calor ꝛ spirit9 mouēt᷑ paulatī ad extra. ꝛ īterdū totaliter radix puta cor reliquit᷑ denudatū. vñ mulieres ꝛ debiles corde ex ꝯtinuo gaudio sincopisant qđ ñ ꝯtingit ex ira vñ ꝯtigit hoīeꝫ mori ex gaudio ꝛ ñ ex ira. ī tior᷑ calor ꝛ spūs subito mouēt᷑ ad ītra ꝛ ī tristicia paulatī ſꝫ in tedio ꝛ uerecūdia duob9 mouent᷑ motib9 mō ad ītra mō ad extra sicut pꝫ in tedio qđ ē tristicia de eo qđ futurū ē ꝛ inducit vigilias dato enī q̄ calor moueat᷑

ad ītra ex eo ꝙ tristat᷑ mouet᷑ tñ ad extra ex eo ꝙ fu
turū est. Unde tristicia talis vigiliam inducit. ſ₃ tristi
cia de eo qđ iā preteriit inducit somnū. ⁊ similiter in
verecūdia spūs primo mouet᷑ ad ītra ⁊ deinde redit
rō ⁊ ꝯsiliū ⁊ dilatat᷑ illud qđ ē ꝯstrictū ⁊ egreditur
exterius ⁊ rubificat colorem ⁊ sic manifestum est ꝙ a
nime accidentia alterant corpus. Vñ igit᷑ ira calefa/
cit corpus. quia accendit᷑ calor ⁊ spūs in corde ⁊ dis/
pergit᷑ ad singula membra ⁊ precipue in bñtib⁹ calo
lorem fortem ⁊ multos spūs. In bñtib⁹ em̄ calorē de
bilem cum irascunt᷑ ⁊ vindictam appetunt calor nō
potest cum feruore dispergi ad extrema corpis ⁊ sic
remanent exteriora membra albescentia ⁊ frigida nō
obstante ꝙ calor sit accensus in corde. vnde uidem⁹
multos iratos appetentes vindictā in actu ire liuesc
cere ⁊ in talibus non est ira perfecta ſ₃ ē quodāmō ti
mor cū ira. Sed gaudiū corp⁹ infrigidat per viā re/
solutionis ⁊ distractionis caloris ⁊ spūs a fonte ca/
loris. Sed timor infrigidat subito per viam suffoca
tionis. S₃ tristicia infrigidat paulatim ⁊ p viā desic/
cationis ⁊ ptisis. Nō solum aūt predicta accidētia a
nime q̄ se tenēt ex pte appetit⁹ irascibilis ⁊ ꝯcupisci/
bilis alterāt corp⁹. sed etiā quedā ymaginationes q̄
se tenent ex pte uirtutis cognitiue sicut videm⁹ mani
feste ꝙ uidere res rubeas ⁊ ipas ymaginari mou₃ san
guinē. Et si qs ymaginet᷑ dolorē quē patit᷑ soci⁹ ī a
liquo mēbro īcurrit dolorē. vñ ymaginatio facit ca/
sum ymagīatiōes igit᷑ īprimūt ī res naturales ex huiꝰ
satis ē māifestū ꝙ correctio accidentiū aīe spectat ad
medicū. dicam⁹ igit᷑ ꝙ ira ñ ꝯpetit ī sanitat/ regie. ira

em̄ supercalefacit singula mēbra ⁊ ꝓpter feruorē cor
dis omnes actus rationis ↄfundit· igit᷑ cauende sunt
eius occasiōes nisi q̄tū rō ꝑcipit aduersꝰ illicita Jux
ta illud Irascimini ⁊ nolite peccare Nā in licitis ⁊ ho
nestis irasci ē ↄueniens interdum q̄uis nō ↄuenit ī sa
nitatis regimine· Et est diligenter notandū ꝙ quidā
sunt frigidi ⁊ maleficiati quibꝰ interdū irasci ꝓdest
in regimine sanitatis· Ampliꝰ dico ꝙ tristicia nō ↄpe
tit in sanitatis regimine· nā corrumpit naturam hn̄tis
infrigidat enim ⁊ desiccat ⁊ proprie maciem ⁊ extenu
ationē inducit cor ↄstringit· ⁊ spiritum obtenebrat ⁊
ingenium ebetat ⁊ rationē impedit iudiciū obscurat
memoriā obtundit· Ideo uitanda sunt eiꝰ obiecta ni
si quātum rō suadet ad detestationem uicioꝝ ad mē
tis pulcbritudinem reformandā· Et ē diligenter no/
tandum ꝙ quidā sunt quoꝝ spūs sunt adeo mobiles
⁊ calidi· ⁊ sunt adeo pingues ⁊ carnosi ꝙ eis interdū
est bonū tristari ut spūs calor ebetet᷑ ⁊ corpus aliqua
liter maceret᷑· De gaudio aūt ⁊ mentis tranquillitate
sciendū ꝙ gaudium temperatum competit in regimi
ne sanitatis ex eo ꝙ est unum de confortantibus vir
tutem· Virtus enim confortat᷑ tranquillitate ⁊ gau/
dio· sed gaudium non debet esse excessiuum quia in
ducit sincopiȝ ⁊ mortē ⁊ maxime gaudiū cōpetit hīs
qui multū curāt ⁊ sollicitudinibꝰ destruunt᷑ ⁊ crebro
pungunt᷑· ⁊ similiter hīs qui sunt in gaudio ↄtinuo
⁊ imoderato interdum tristari conuenit· Sȝ ōnimodꝫ
boꝝ accidentium superfluitas omnis est euitāda ⁊ si
cut ē dictū de accidentibꝰ aīe tenentibus se ex pte ap
petitus· Ita suo modo pōt intelligi de affectionibꝰ

aīalib⁹ tenentib⁹ se ex parte appetit⁹ ymaginatiui. Nō em̄ ē ɔueniēs ī sanitatis regīe ut aliqs ymagine tur nimis intēse. Nā ex tali ymaginatiōe mouet̄ spi/ rit⁹ motu īordinato ⁊ reliquit locū digestiōis ⁊ īpe/ dit̄ sōn⁹. Et hec breuia sufficiāt ꝺ accidētib⁹ aīe dcā

Capitulū nonū de temporibus anni.

D sanitatis regimē pfectū oꝫ ɔsiderare diuer sitatē tēpoꝝ anni. Vn̄ in hoc ē aliquid dādū tēpori sicut etati ⁊ ɔplexioni. Nō idē em̄ re/ gimē dꝫ eē totaliter in diuersis anni tpib⁹ siquidem corpa hūana diuersimode habēt se in diuersis tēpo/ ribus ⁊ ꝑm diuersitatem complexionis corporum at tendit̄ diuersitas regiminis propter quod sciendum ꝙ sunt quatuor tempora anni puta ver. estas. autū/ nus. ⁊ hyems. Hec autem quatuor āni tpa ꝑm astro/ logos sunt ꝑm mutationes solis in vnaquaqꝫ circuli signorum quarta incipientis a pūcto vernali ⁊ ē pri mus grad⁹ arietis ⁊ hoc inicium ē tredecima die mar tii vel circa. Et quodlibet hoꝝ ꝑm astronomos du/ rat per tres menses ⁊ tria signa. ⁊ qꝛ sunt. xii. menses ⁊. xii. signa cuilibet tpi correspōdent tres mēses ⁊ tria signa. Durabit igit̄ primū temp⁹ puta veris a trede cima martii usqꝫ ad tredecimū iunii ⁊ a principio arie tis usqꝫ ad finē geminoꝝ ⁊ sic ɔsequēter ⁊ ꝑm hoc ō nia anni tpa sunt equalia vel prope. Medic⁹ āt ī tē/ poꝝ distinctione non considerat motū solis in circu lo signorum qui zodyacus nominat̄. Sꝫ ɔsiderat al terationē in corporibus nostris cōtingentē ex tēpo/ ribus. ⁊ quia per experientiā videmus aliquā partē anni calidiorem ⁊ aliquam frigidiorem. iō coactus ē

medicus ponere distinctionem in temporibus anni. Illud ergo temp⁹ anni in quo ē maior tēperies ī acti uis q̄litatib⁹ ⁊ passiuis uocat̄ ver. ⁊ quia talis tēpe ries nō durat p tres menses sȝ min⁹. iō ver ꝑm medi cos ē minoris spacii q̄ȝ ꝑm astronomos. hoc āt tēpus ꝑm medicos ꝑm diuersitatem regionū ⁊ annoꝝ inter dum incipit citi⁹ ⁊ interdū tardi⁹ ⁊ interdum pl⁹ du/ rat ⁊ aliquādo min⁹. ⁊ interduȝ incipit anteq̄ȝ ingre diat̄ primum inicium arietis. Hoc āt tēp⁹ ē tēp⁹ flo/ rum ⁊ inicium pomorum. Deinde sequit̄ estas ⁊ ē tem pus calidum ⁊ siccum. hoc quidem tempus communi ter est multo maius vere. sed in quibusdaȝ regionib⁹ pl⁹ durat ⁊ in quibusdā min⁹. Et similiter etiā ī qui busdā annoꝝ reuolutionibus ⁊ similiter etiam in qui busdam regionibus citius incipit ⁊ in quibusdā tar/ dius. Deinde sequit̄ autumnus quod est tempus re/ cte oppositum veri eiusdem quātitatis vel prope cū eo. ⁊ est tempus satis temperatum in actiuis ⁊ multū declinans ad siccitatem sicut estas precedens ⁊ habet magnam diuersitatem ī horis. Unde dies multuȝ est calida ⁊ nox frigida. propter eñ eius subtilitatem ⁊ siccitatem facile recipit impressionem caloris in die ⁊ frigiditatis ī nocte. Unde multum distant noctes a diebus in calido ⁊ frigido. quod tamen non cōtigit ī vere quia aer non est ita subtilis ⁊ siccus ⁊ non ē a/ deo passibilis nec tantam recipiens impressioneȝ. Vi dem⁹ eñ q̄ aq̄ calida ratione subtilitatis ⁊ passibili tatis citi⁹ congelat̄ q̄ȝ frigida uel tepida. ⁊ similiter ī telligat̄ de autūno respectu veris. hoc autē tēp⁹ est tēp⁹ mutatiōis coloris foliorū ⁊ principiū cas⁹ eoꝝ

Et deinde sequit͛ hyems. ⁊ ē temp⁹ frigidum ⁊ humi dū cui⁹ inicium ē finis autūni puta cū folia ab arbo ribus ceciderunt. Et eius finis est principiū veris pu ta cum arbores incipiūt florere ⁊ aues cantare. ⁊ bre uiter cum omnia incipiunt pullulare. Finis aūt veris est estatis iniciū cum fructus ⁊ specialiter poma inci piunt apparere ⁊ herbe sēmen ꝓducere. Vn̄ scienduꝫ ꝙ tūc est temp⁹ veris cū flores sunt in principio aug mento ⁊ statu sꝫ cū flores declināt ⁊ fruct⁹ sunt ī pri cipio augmento ⁊ statu est tempus estatis. ⁊ cum her be declinant ad semina ⁊ semina sunt ī principio aug mento ⁊ statu est tempus autūni. ⁊ cum semina decli/ nant ⁊ radices sunt in principio augmēto ⁊ statu tūc est tēpus hyemis. ⁊ quia virtus citius deficit in flo/ ribus ⁊ seminibus ꝙ̄ in herbis ⁊ radicibus. Ideo ver ⁊ autumnus sunt breuiora tēpora ꝙ̄ hyems ⁊ estas Vnde secundum medicos non multum approbo di/ ctum illorum qui ponunt dictorum temporum certa principia ⁊ determinatos fines puta festum clemētis esse principium hyemis ⁊c̄. Sed circa dicta est vnum dubium valde magnum. Nam qua ratione ver poni tur tēperatū in passiuis qualitatib⁹ puta in humido ⁊ sicco. ⁊ in actiuis scꝫ calido ⁊ frigido. sic videtur ꝙ autumnus debet esse temperatus in passiuis sicut po nit͛ temperat⁹ in actiuis ⁊ specialiter quia solis aspe ctus est idem in vere ⁊ autumno. ⁊ idē aspect⁹ uide tur esse causa eiusdē ꝯplexionis. Et ꝯfirmat͛ nā illa que sunt eiusdem complexionis in actiuis debent eē eiusdem complexionis in passiuis. quia mensure qua litatum actiuarum videntur proporcionari

mensuris qualitatum passiua℞. Unde si ver ⁊ autum
nus sunt eiusdem complexionis in actiuis rationabi
le est ꝙ sunt eiusdem in passiuis. Dicat᷑ ad hoc breui
ter ꝙ non est simile de vere sequente hyemē ⁊ autum
no sequente estatē. Nā caliditas superueniēs hyemi
potentior est in desiccando ⁊ in tēperādo humidita/
tē ꝙ̄ frigiditas supueniens estati in humefaciendo.
Videmus enim ꝙ pannus lineus humidus in aere ca
lido citi⁹ desiccat᷑ ꝙ̄ pann⁹ siccus humectatur in aere
frigido Amplius siccitas autumni nō est qualitas pu
re passiua sed dicit priuationem humiditatis vapo
rose disperse in aere. Modo o᷑at ꝙ facilius deueni
tur ab habitu in priuationem ꝙ̄ a priuatione in ha
bitum. ⁊ iō facili⁹ obtemperat᷑ humiditas hyemis ꝙ̄
siccitas estatis. sed quia ista materia de q̄ hic loquor
est extra regimen sanitatis ideo transeo de illa. Suf/
ficit enim ad presens scire que sunt āni tempora ⁊ eo
rum distinctiones quantū spectat ad medicū modo
restat dicere quid est propriū singulis temporib⁹ de
regimine sanitatis incipientes a vere. Dicamus ꝙ ver
assimilat᷑ morbo de repletione. Unde isto tēpore cor
pora maxime sunt repleta. Et ex isto concludit᷑ ꝙ il
lud tempus est magis minutioni aptum ⁊ purgatiōi
aliquo tempore alio ⁊ hoc est ei proprium ⁊ specia
liter quia tempus est temperatum ⁊ tales euacuatio/
nes fieri debent in tempore temperato. Ampli⁹ quia
in hoc tempore commouentur humores Suspecti igi
tur de egritudinibus repletionalibus fleubothomē
tur ⁊ purgentur in vere ⁊ propter eandem rationem ī
eodem tempore vomit⁹ prouocet᷑ Et qꝫ in hoc tpe

corpora sunt calidiora ⁊ humidiora q̄ꝫ oporteat ⁊ tē
pus etiam declinat ad calidum ⁊ humidum respectu
aliorum temporum non est vtendum rebus multū ca
lefacientibus ex carnibus ⁊ potibus· vnde est subtili
andum regimen·corpora enim plena non indigēt mł
to cibo ⁊ potu· Et debet esse exercitium istius tēpo/
ris maius exercitio estatis· ⁊ minus exercitio hyemis
Amplius quia hoc tempore calor incipit inualescere
⁊ sanguis ⁊ spūs per corpus commoueri bonum ē ab
stinere a calidis ⁊ a salsis ⁊ acutis· ⁊ bonum est sume/
re in potu syrupos extinguentes inflammationē pu
ta syrupum nenufarium violaꝝ rosaꝝ oxizacram et
similia· Et est diligenter notandū ꝙ supposito ꝙ cor
pus sit sanum ⁊ ex tempore precedente non sit in cor
pore repletio derelicta· Tunc dico ꝙ isto tpe potest
multum dari de cibo ⁊ cibaria grossiora q̄ꝫ in estate
⁊ plus q̄ꝫ in autūno ⁊ minus q̄ꝫ in hyeme ⁊ minꝰ gros
sa· Nam isto tempore virtus est fortis ⁊ calor inna/
tus ⁊ adhuc a corporibus multa resolutio fit a calo
re innato ⁊ ex fortitudine caloris ⁊ obediētia corpo
ris ratione humiditatis· Sed quia cōmuniter hoc tē
pore corpora sunt plena ⁊ habēt virtutes fortes bo
num est parum comedere ⁊ longis interuallis· Vnde
mihi apparet ꝙ ecclesia bene ordinauit ieiuniū in isto
tempore·non tamen est rationabile ꝙ in isto tempore
homo multum se repleat vna vice sicut faciunt com/
muniter ieiunantes·melius enim est hoc tempore ci/
bum partiri q̄ꝫ multum vna vice recipere· In estate
autem nō ē tantum exercitandum nec tantum come/
dendum nec grossa cibaria nec calida nec dulcia

nec unctuosa nec salsa. Amplius vino miscēda ē mul
ta aqua ⁊ dimittat᷑ vinū uetus ⁊ Forte. ⁊ ut sit ad vnū
dicere totum estatis regimē ad frigiditatē ⁊ hūidita
tē dꝫ declinare. Amplius comedendum est sepe ⁊ pa
ruꝫ in vice. Amplius cibaria sint Facilis digestiōis. et
cibaria recipiant᷑ in estate non solum uirtualiter fri/
gida sed etiam actu frigida. Amplius aqua frigida ē
bibenda ⁊ cum ablutione utenda. In autumno autē
multuꝫ sollicitare debemꝰ de bono regimine. nā hoc
tempus ꝑpter sue ꝯplexiōis maliciā ⁊ corpoꝝ nrō/
rū debilitatem non sustinet errorem in regimine nec ꝑ
mittit uti largis nutrientibus nec dietam despicere.
Et quia hoc tempꝰ ē valde siccum ⁊ corpora sunt mlᵗ
tum debilia ⁊ extenuata nostra intentio dꝫ eē tota ī
corporum humectatione ⁊ uirtutum confortatione.
Hoc igit᷑ tempore oīa siccantia corpus sunt euitāda
⁊ similiter uirtutem debilitātia. Cauendū ē igit᷑ a coi
tu quia corpus desiccat ⁊ debilitat. ⁊ similiter a cu/
riositatibus ⁊ sollicitudinibus mētis. ⁊ a potu multe
aque frigide ⁊ ipiꝰ balneatiōe ⁊ sup caput infusione
ex qua opilatio ꝯtingat. hec em̄ eadē facit cadere in
Febrem. Amplius euitare debꝫ famem ⁊ sitim. non eti
am repleat᷑ multo cibo in vna hora. vinum aūt me.
diocriter sit limphatū. In pluribꝰ aūt regimē autūnī
est simile regimini estatis quousqꝫ adueniunt pluuie
que postqꝫ aduenerīt a multo malo securos nos red
dent. Plus autem sollicitandū ē hoc tēpore in humo
rū correctione ⁊ corporum confortatione qꝫ in hūo/
rum euacuatione. Et quia in autumno est multa fru/
ctuum copia cauendum ē ab hiis qꝛ generāt hūoreꝫ

corruptioni aptum ⁊ hoc tempus assimilatur morbo
de corruptione· Amplius multum cauendum est a no
ctiū frigore ⁊ diei calore· Et quia egritudines huius
temporis male sunt ⁊ pessime si quis incurrat egritu
dinē statim in prīcipio eidē ē obuiandū anq̄ ɔfirme
tur· Amplꝰ uinū qđ bibat' ī autūno dꝫ eē aquaticuꝫ
sꝫ nō tm̄ sicut ī estate· ⁊ si uideamꝰ humores aliquos
peccare bonū ē ut euacuent' an̄ aduentū hyemis ne ꝓ
pter frigiditatē hyemis ɔstringant' ⁊ sint cā malarū
egritudinū· In hyeme āt plꝰ p̄t cōedi ⁊ cibaria gros
siora ⁊ calidiora ⁊ maioribꝰ interuallis· Vn̄ si aliqs
sit frigide cōplexionis p̄t hoc tp̄e uti alleis ⁊ cepis ⁊
sinapi ⁊ eruca· Sed iuuenes ⁊ calide ɔplexiōis eis u
ti non debent Nā si in p̄nti eis nō noceāt in posteruꝫ
adueniente estate deuenient ad malas egritudines ni
si succurrat' cū minutiōe uel purgatiōe· Sunt āt in hy
eme quidā multū cōedentes ⁊ auide ⁊ multū uinū bi
bentes ⁊ paꝝ exercitantes ⁊ isti sunt minuendi in prī
cipio ueris ⁊ si eoꝝ nutrientia sint grossa ⁊ mala suc/
currendum est cū uētris solutiōe· Amplius sciendū q̄
isto tp̄e plꝰ exercitandū ē hoc etiā tēpꝰ ē multū sani
tatis ɔseruatiuū· Vn̄ ī eo nō egrotat qs nisi a forti
cā ⁊ q̄ forsitan sustinꝫ errorē regiminis Et qꝛ isto tp̄e
multiplicat' fleuma ī corporibꝰ nr̄is bonū ē q̄ alimē
ta ⁊ fructꝰ quibꝰ hoīes nutriūt' nō sint frigida ⁊ hūi
da· Vn̄ sunt euitāde lactuce ⁊ atriplices ⁊ portulace
Sed debemus uti feniculo ⁊ petrosilino boraginibꝰ
saluia menta· ⁊ similiter sic intelligat' de fructibus· ui
num autem quo utendum est hoc tempore debet esse
roseum non album cum aqua pauca In hoc tempore

āt cauēdū ē a minutōe s; qn̄q; possum⁹ uti purgatiōe nisi sit frigus nimis intensum. Ampli⁹ in hyeme nul/ lo modo est vomendum. Ampli⁹ ī hoc tpe multu; ca uendu; est φ partes pectoris nō sint exposite frigo ri ⁊ similiter cerebrū ⁊ extrema corpoꝝ ⁊ spēaliter pe des. Sunt āt qdā frigidi ⁊ maleficiati qui pei⁹ se hn̄t in hyeme q̄ȝ in estate. hn̄t em̄ calorē ita debile; φ fri giditate hyemis calefaciēte p ātiparistasim nō ɔfor tant' s; debilitant' quia frigidū nō solum circūstat s; usq; ad interiora penetrat ⁊ sic calorē offuscat ⁊ ebe/ tat huius simile habem⁹ de quibusdā serpentib⁹ qui in hyeme accūbunt in cauernis tanq̄ȝ mortui ꝓpter frigiditatē ɔtinentis ⁊ adueniente estate mouent' cōe dunt ⁊ melius habent.

Capitulum decimū de granis panificis.

Quia sermōes uniuersales ī opationib⁹ sunt ī utiles nisi applicent' ad pticularia. Superius āt determīatū ē de nutriētib⁹ in generali. In tēdo ɔsequēter determīare de nutriētib⁹ ī spēali. Et prīo de cibis. secūdo de potib⁹ tā naturalib⁹ q̄ȝ arti/ ficialib⁹. Quo ad cibos erūt nouē capitula. Primum capitulū de granis panificum ⁊ pane. secundū ꝺ legu mib⁹ terciū de fructib⁹. q̄rtū ꝺ olerib⁹. quītū ꝺ radi cib⁹ sextū ꝺ aīalib⁹. septimū ꝺ aīaliū supfluitatibus octauū de piscib⁹. nonū ꝺ saporib⁹ ⁊ ɔdimētis. Sci endū igit' φ panis p̄t fieri ex frumēto ⁊ ordeo ⁊ aue/ na ⁊ siligīe ⁊ milio ⁊ panico ⁊ riso. Nō solū āt ex his granis fit panis s; ex illis p̄t fieri paniciū. fit āt pani ciu; ex grano decocto in aq̄ usq; ad ɔsistentiā similē

panibus vñ granũ decoquit᷑ ĩ aq̄ pfecte usq3 ad spis
situdinẽ ⁊ tũc optie pmiscet᷑ cũ aq̄ ⁊ reponit᷑ in scutel
lis uel in scissoriis ⁊ dimittit᷑ infrigidari ⁊ tũc h3 qua
si figurã pãis ⁊ p̄t incidi sicut panis. hoc ãt paniciu3
meli9 p̄t fieri ⁊ ɔuenienti9 ex granis minutis puta ex
milio ⁊ panico ⁊ riso ex eo q̄ pfecti9 ɔmisceri pñt cu3
in aqua decoquunt᷑. hoc ãt panicium non est multu3
in vsu nec etiam multum ɔpetit in regimine sanitatis
propter defectũ fermenti ⁊ salis. Vñ puto q̄ idẽ est
iudicium de panicio sicut de potagio ex hiis fcõ. fru
mentũ ãt coctũ in aqua nõ ɔpetit in seruãdo sanitatẽ
Nã opilationes ⁊ lumbricos multiplicat ⁊ ad calcu
lum p̄parat. Et similiter intelligat᷑ de pultib9 ⁊ de õ
ni cibo facto ex pasta a3ima. Sed amidum leuius ẽ
ceteris propter maiorem desiccationẽ ipi9 frumenti ⁊
humiditatis perfectiorem digestionẽ. Predictus ci/
bus est multi nutrimenti ⁊ difficile resolubilis vnde
multũ exercitantibus ⁊ fortib9 minus nocet. sed tem
perato corpori nullaten9 ɔpetit Et si interdũ contin
gat uti ferculo de frumẽto primit9 frumentũ decoq̄/
tur in aqua deinde condiat᷑ in brodio carnium lau/
dabilium uel lacte amigdalino ⁊ erit cib9 ɔueniẽs il
lo modo ieiunioꝝ tpe. quia tarde resoluit᷑ ⁊ digerit᷑
⁊ multum nutrit. Et similiter p̄t fieri ferculum ex or/
deo ⁊ auena ⁊ riso ⁊ sunt laudabiliora fercula q̄ de
frumento s3 tale ferculũ de milio uel panico non ap/
probo quia milium ⁊ panicum pauci sunt nutrimẽti
⁊ difficilis digestionis ⁊ generãt hũorẽ melancolicu3
⁊ stringũt uentrẽ. veꝝ est q̄ si p9 decoctionẽ in aqua
ponat᷑ vinum ⁊ bibatur abstergit stomachum ⁊ eius

ricum ⁊ spiritus subtiles bonum est statim facta fleu
bothomia fricare extrema ⁊ irrorare faciem aqua ro
sata aut vino odorifero ⁊ vocent' proprio nomine ⁊
aperiatur os eorum cum ligno. ⁊ detur brodium gal
line cum vino ⁊ potest dari dyamargariton ⁊ pliris
cum musco vel zuccarum rosatum. Hec sufficiant de
hiis que fienda sunt ante fleubothomiam ⁊ in actu.
Consequens est de sanguinis inspectione ⁊ de dispo
tione corpoꝝ p ipm sanguinē cognitione breuissime

pertransire. Per horã igit' p9 fleubothomiã inspiciẽdus ẽ sanguis postq̃ fuerit coagulatus bonũ est autem q sanguis extrahat' in pluribus scutellis ut ipi9 sanguinis difformitas ⁊ diuersitas possit meli9 a medico denotari. Prima ↄsideratio ẽ circa hoc q si prim9 sanguis sit peior secũdo ⁊ tercio ⁊ secund9 peior tercio ⁊ sic'consequenter ⁊ ultim9 sit bon9 ⁊ notabilis bona ⁊ rationabilis ⁊ sufficiens fuit fleubothomia. ⁊ si sit econuerso scȝ q prim9 sit bonus et secund9 mal9 non est adeo bonum immo signũ est q adhuc ẽ fleu/bothomie vel farmacie uel vtriusq̃ necessitas In fleubothomia que fit ad diuertendum ubi locus fleubothomatus distat a loco infirmo hoc sepe contingit ⁊ rationabiliter secundus sanguis est peior primo. ⁊ ẽ signum perfecte diuersionis. Sed quãdo fleubothomia fit ad euacuanduȝ ⁊ ex loco propinquo morbo puta ex eadẽ parte tunc prim9 sanguis debet eẽ deterior secundo ⁊ secundus tercio. ⁊ si oppositum contingit adhuc ẽ fleubothomie uel farmacie necessitas Sȝ in corporib9 sanis q̃ nimis distulerũt fleubothomiã sepe ↄtingit q prim9 erit melior secũdo ⁊ tunc iteranda ẽ fleubothomia satis cito. Secũda ↄsideratio est circa sanguis sbãm ꝓpter qđ sciendũ ẽ q ĩ sanguine fleubothoĩe sunt quinq̃ sbẽ scȝ melãcolia. fleuma. sanguis purus ⁊ colera. ⁊ aquositas vrinalis Melãco/lia em̃ ẽ sanguis fex ⁊ coloris nigri ⁊ ẽ ĩ ĩfimo scutelle ⁊ qñ ẽ nimia hui9 fecis q̃titas nõ ẽ bonũ signum. Possum9 em̃ iudicare talẽ hoĩem eẽ tristẽ inuidũ cu/riosum auaꝝ timidũ ⁊ pusillanimẽ ⁊ talis vȝ vti mũdificãtib9 melãcoliã ⁊ multiplicãtib9 bonũ sanguinẽ

Fleuma est quoddam album ⁊ muscillaginosum insi
pidum quod est quasi simile albumini oui. Hoc enim
debet esse in sanguine post melancoliam ⁊ huius nō
debet eē nimia quantitas. ⁊ si sit talis humoris nimia
quantitas possumus talem iudicare esse fleumaticū
uel naturaliter uel accidentaliter ⁊ esse somnolentum
⁊ rudem ⁊ pigrum ad actiones ⁊ multi sputi. De isto
tamen humore plus debet esse q̄ de melancolia Dein
de sequitur sanguis purus cuius color dicitur eē pur
pureus uel rufus uel subrufus ⁊ huius humoris deb;
esse maior quantitas. Cuius humoris si sit magna q̄
titas possumus iudicare talem hominem esse sangui/
neum ⁊ liberalem ⁊ amicabilem hilarem ridentem et
rubei coloris satis audacem atq; benignum. Deinde
sequitur colera que est spuma sanguinis crocei colo/
ris trahentis ad claram ⁊ sintillantem rubedinem. et
humoris huius debet esse minor quantitas q̄ sangui
nis ⁊ fleumatis ⁊ maior q̄ melancolie. Si igitur sit
magna quantitas possumus iudicare talem hominē
esse colericum ⁊ per consequens esse hirsutum fallacē
iracundum ⁊ audacem prodigū ⁊ ad actiones ꝓmp
tum ⁊ vigilem ⁊ subtilem. Et est diligenter notan
dum q̄ in corpore de melancolia debet esse minimū
quia est humor minus conformis vite. Et deinde d̄
colera ⁊ tercio de fleumate. ⁊ de sanguine plus q̄ de
aliis. Et secundum quandam estimationem veri/
tati propinquam potest dici q̄ sanguis est duplus
respectu fleumatis. ⁊ fleuma duplum respectu cole/
re. ⁊ colera dupla respectu melancolie. Hoc uero

scire punctualiter ⁊ cum certitudine est valde diffici/
le ⁊ de hoc alias perfectius apparebit. Amplius con
siderare debemus substantiam aquosam que supna/
tat in sanguine coagulato sicut serum in lacte cum co
agulatum est. Est enim sanguinis superfluitas et co
lamentum sicut est serum lactis et hec est vrinalis a/
quositas et apparet similis vrine et in colore et ĩ sub
stantia si ponatur in vrinali. Et quando talis aquo
sitas est similis vrine hominis sani cuius est sanguis
est bonum signum et aliter non est bonum. Et quã
to aquositas talis perfectius a sanguine segregatur
tanto melius et melior digestio et decoctio in epate
significatur et econuerso. Hec enim aquositas
debet esse in sanguine ad subtiliandum substantiam
ipsius sanguinis vt liberius et facilius per venas ma
gnas et paruas ad membra peruenire valeat. Unde
non est bonum sanguinem esse priuatum totaliter ta/
li aquositate vrinali. Nam ex hoc significatur sicci/
tas et grossicies sanguinis et paucus potus permixti
uus ⁊ delatiuus ⁊ talis aquositas minima solet esse ĩ
multum ieiunantibus ⁊ multũ vigilantibus ⁊ ĩ hiis
qui vtuntur cibis declinantibus ad caliditatem ⁊ sic
citatem ⁊ in hiis qui multum exercitantur ⁊ sudant. ⁊
similiter in conualescentibus. Amplius non est bo/
num ꝙ nimia huius aquositatis quantitas sit in san
guine. Nam ex hoc significatur defectus digestiõis
vel ratione ciborum ⁊ potuum vel ratione membro/
rum ciborum in sanguinem conuersionem facere non
potentium. Et significatur etiam nimia

humiditas ⁊ frigiditas sanguinis ⁊ corporis debili/
tas Unde habentes stomachum frigidū ⁊ epar frigi
dum ⁊ similiter venas ⁊ vtentes cibis frigidis ⁊ hūi
dis ⁊ multum bibentes ⁊ comedentes ⁊ specialiter mł
tum bibentes ⁊ parum exercitantes ⁊ non multum ie
iunantes nec vigilantes consueuerunt talem habere
sanguinem. Amplius in sanguine est quedam sub/
stantia carnosa declinans ad albedinem Nā sanguis
incipit dealbari in venis ⁊ sanguinis digestio vlteri
or vt conuertat͛ in membra dealbando procedit.
Hec digestio incipit in venis magnis ⁊ per venas p/
uas terminat͛ finaliter ad membra digestionis tercie
scȝ ad membra exteriora solida. Huiusmodi autem
substantia quasi carnea manifeste apparet in sangui/
ne post eius digestionem ⁊ ablutionem. Et quanto
sanguis est pinguior vel humidior ⁊ aquosior tanto
minus est in eadem de huiusmodi substantia. ⁊ quan
to sanguis est grossior nisi temperamentum excedat
⁊ minus pinguis ⁊ inaquosus tanto plus percipitur
talis substantia ex multa igitur quantitate talis sub
stantie albe bonitas digestionis in venis significat͛ ⁊
sanguinis obediencia ad conuersionem in membra.
Et specialiter si talis substantia inueniatur tractabi
lis manib9 nec in ea appareant contenta nigra nec ad
tactum dura que digitis fricata quasi puluerisantur
Ex hoc enim significatur ad lepram dispositio pro/
pinqua. Amplius si de totius substantie sanguinis
grossicie vel subtilitate certificari volueris post san/
guinis ebulitionem cum cultello vel subtili ligno inci

de sanguinem·si enim non resistat sed faciliter incisio
ni obediat subtilitas sanguinis significatur ꝛ ecõuer
so·si difficulter diuidat᷑ ꝛ incidatur grossicies ꝛ vis/
cositas indicat᷑· Viscositas sanguinis non est sine do
minio aliquali humiditatis. sed grossicies potest eẽ
cum dominio siccitatis sanguinis·igitur grossus sine
viscositate non erit glutinosus nec habet partes ad
inuicem adherentes sicut partes cathene· Sꝫ sanguis
viscosus est glutinosus ꝛ eius partes sibiinuicem ad
herent sicut partes cathene· Si autem sanguis nul
lo modo sustineat incisionem q̃uis diuidat᷑ sicut ap
paret in aqua oleo ꝛ ceteris liquoribus que facilime
diuiduntur sed non inciduntur talis inꝗ sanguis est
minus subtilis·sed talis subtilitas meo iudicio argu
it indigestionem· Et quando sanguis de facili perfo
ratur satis conuenienter sed non inciditur tunc argui
tur sanguinis viscositas ꝛ talis sanguis ut plurimuꝫ
est fleumaticus· Et quando sanguis incidit᷑ sed cum
quadam resistentia tunc utiqꝫ sanguis est grossus et
non viscosus· Amplius considerandum est circa co
lorem sanguinis· Inspecto igit᷑ sanguine in scutella si
secundum alium ꝛ alium situm scutelle sanguis appa/
reat alterius ꝛ alterius coloris sicut apparet in collo
columbe significatur ex hoc inꝗ humorum maloruꝫ
diuersitas cum quadam uentositate eleuante partes
sanguinis ut lumen facilius intret ꝛ secundum alium
ꝛ alium situm subintrans alium ꝛ alium colorem cau
set· Hoc enim arguit humorum malorum diuersitatẽ
cum quadam uentositate· Et quia tales non sunt vel

ri colores sanguinis · ideo demum considerare debe/
mus verum colorem ⁊ fixuȝ sanguinis qui color si sit
rubeus obscurus primo purpureus bonus est ⁊ ar/
guit bonum sanguinem. Et si color sit sintillantis
rubedinis arguit dominiuȝ colere · ⁊ similiter si sit cro
ceus ⁊ si sit spumosus arguitur ventositas · Et si sit
cinericius uel albus uel liuidus potest argui frigidi/
tas ⁊ fleumatis dominium ⁊ specialiter si cū hoc san
guis fuerit viscosus ⁊ cetera particularia arguentia
dominium fleumatis concurrunt · Isti etiam colo/
res possunt prouenire ex adustione sicut patet in ex/
tenuatis ⁊ dispositis ad lepram · Color viridis e
tiam attestatur adustioni ⁊ specialiter colere · Co/
lor niger attestatur melancolie uel per uiam adustio
nis vel naturali · Amplius considerare debemus
sanguinis saporem si placet qui debet esse dulcis ·
Si igitur sit insipidus arguit dominium fleumatis ·
Si sit amarus dominium colere · Si ponticus vel a
cetosus dominium melancolie vel fleumatis acetosi.
Et si sapor sit salsus arguit adustionem in humori/
bus · Amplius considerādus est sanguinis odor
Nam si boni odoris ⁊ delectabilis est bonum signuȝ
est ⁊ boni sanguinis · Et si odor sit fetidus est mag
na putrefactio in humoribus · Amplius conside
rare debemus si sanguis per fleubothomiam extra/
ctus cito coaguletur vel tarde · Si enim cito coagu
letur nimia sanguinis grossicies significatur · et si
tarde coaguletur nimia subtilitas ⁊ indigestio

significatur et si mediocriter mediocritas substãtie denotatur. Hec sufficiant de considerationibus habendis circa fleubothomiam. De his autem que sumuntur ex parte egritudinum et accidentiũ non est hic locus loquendi quia habent videri in curis egritudinũ et accidentium. In hoc igit' negocio aliud tempus apponetur.

Capitulum secundum de ventosis.

Voniã sani minus vtunt' ventosis q̃ fleubothomia iõ d ventosis breuiter est pertranseũdum. Circa igitur ventosationem multe cadunt considerationes. Prima consideratio est de vtilitatibus ventosarum. Sciendum q duplex est modus ventosandi. vnus sine scarificatione siue carnis incisione. et alius cum carnis incisione siue scarificatione. Ventosa sine scarificatione fit interdum ad diuertendum sanguinem ab alio loco ne euacuet' immoderate. verbi gratia in immoderato fluxu menstruoruʒ apponatur ventosa sub mamillis ad sanguinem diuertendum. Amplius fit interdum ad attrahendũ verbi gratia si apostema sit profundum apponatur ventosa supra locum apostematum vt materia apostematis trahat' ad extra ut medicaminũ virtus possit melius ad materiã illã peruenire. Amplius interduʒ fit ventosa ut apostematum materia mutet' de loco nobili ad minus nobilem. Amplius interdum fit sine scarificatione ut membrum ventosatũ calefiat et sanguis

ad ipsum trahãtur ⁊ eius ventositates remoueantur
Amplius interdum fit talis ventosa ut membrum re/
ducat ad suum naturalem locum a quo fuit remotuꝫ
sicut fit in ruptura inguinis. Aliquãdo fit ad sedan/
dum dolorem sicut in dolore matricis ⁊ colica ven/
tose fiunt sine scarificatione. Fiunt autem ventose cũ
scarificatione propter duo. Primo quidem ad eua/
cuandum de venis magnis quãuis nõ immediate et
ventose huiusmodi posite sunt in cruribus ⁊ ĩter spa
tulas. Sed sanguine existente grosso tales vẽtose pa
rum valent nisi precedant subtiliantia ⁊ ab intra per
cibos ⁊ medicinas ⁊ ab extra per fricationem ⁊ bal/
neum. Amplius tales uentose maxime fiunt ad euacu
andum sanguinẽ subtilẽ qui est prope cutem. Unde
in hiis in quibus non audemꝰ facere fleubothomiã
vel propter etatem uel uirtutem aut consuetudinẽ de
bemus facere ventosas. Et põt fieri talis ventosatio
cum magna scarificatione ⁊ parua. Magna quidem
cum fit ad euacuandum a toto corpore. ⁊ cum parua
cum fit ad euacuandum a venis capillaribus ⁊ ab ali
quo membro speciali. ⁊ q̃to sanguis est ꝓfundior ⁊
grossior tanto dꝫ esse maior scarpellatio. ⁊ q̃to sub
tilior ⁊ minus profundior tanto fiat minor scarpel/
latio. Et scias ꝙ infans in primo anno nullo modo
dꝫ ventosari. sed in secundo uel tercio ⁊ sic deinceps
potest ventosari. Et dicunt quidam ꝙ post sexagita
annos non ventoset. Dicunt quidam ꝙ ventosa nõ
debet fieri ĩ nouilunio nec in fine lune sed luna existẽ
te in magno lumine ⁊ debet fieri hora diei secũda uł
tercia. Et post horam vnã ventosationis detᷣ cibꝰ et

quia ventosa ⁊ fleubothomia in multis conueniunt ⁊
specialiter ventosa que fit ad euacuandum tunc redu
cende sunt ad memoriam multe considerationes su/
perius dicte de fleubothomia. Sic igit᷑ patet prop/
ter quas causas fit ventosa. Secunda consideratio
circa ventosas est scire loca in quibus ventose com/
muniter poni consueuerunt. Sciendum igit᷑ ꝙ vento
se apponi consueuerunt super caput ⁊ in fronte ⁊ ī mē
to ⁊ in parte posteriori colli ⁊ inter duo cornua ī prī
cipio nuce. ⁊ consueuerunt poni sub collo supra nu /
cam ⁊ recte in parte que opponit᷑ cordi ⁊ stomacho
⁊ consueuerunt poni supra renes ⁊ in cruribus scꝫ ī p
te anteriori ⁊ posteriori domestica ⁊ siluestri. Consue
uerunt etiam apponi in loco cauillarum. Ad quid au
tem horum locorū ventose deseruiant dicendum ē cō
sequenter. Quidam dicunt ꝙ ventose posite super ca
put conferunt amentie ⁊ scothomie ⁊ tardant caniciē
hoc tamen non est vniuersaliter recipiendum pro ve
ro immo in quibusdam corporibus accelerant canos
⁊ intellectum impediunt. sed conferunt egritudinibus
oculorum puta scabiei ⁊ hothor egressioni vuee. Sꝫ
intellectum impediunt ⁊ faciunt hereditare stuporeꝫ
⁊ obliuionem. Igitur in sanitatis regimine nullo mo
do ventosanda est summitas capitis. Ventosa autē
in fronte posita valde potest conferre dolori partis
posterioris capitis ⁊ ad alias egritudines ad quas
valet fleubothomia vene frontis sed impedit ratio/
nem ⁊ intellectum. vñ non est in sanitatis regīe facien
da. Ventosa sub mento ꝯfert puis pustulis q̄ fiūt in
ore ⁊ egritudini dētiū ⁊ gigiuaꝝ ⁊ multū dn̄t iuuar̄ ī

mundificatione Faciei ⁊ cutis capitis. Ventosa q̄ po/
nit᷑ inter cornua occipitii valet grauedini ⁊ vacuita/
ti que est in capite ⁊ caput ⁊ faciem alleuiat ⁊ dolori
bus qui sunt in radicibus dentium ⁊ gingiuaruȝ aux
iliatur. Et est mirabilis in tumore faciei. tales autem
ventose que ponuntur ī parte posteriori ⁊ supra nu
cam debilitant memoriam vnde non debent fieri nisi
imminente necessitate nec assuescendum est ad eas.
Ventose que ponunt᷑ inter spatulas ualent egritudi/
nibus pectoris sanguineis ⁊ asmati ⁊ spasmo sangui
neo. Et similiter conferunt tremori cordis sanguineo
sed stomachum debilitant ⁊ possunt eē causa tremo/
ris cordis alterius q̄ȝ sanguinei. Ventose renibus su/
perposite valent apostematib9 coxarum ⁊ scabiei ea
rum ⁊ emorroydibus ⁊ podagre ⁊ pruritui dorsi et
ventositatibus matricis ⁊ vesice. Ventose in cruribus
maxime competunt in sanitatis regimine loco fleubo
thomie quia maxime repletionem diminuunt ⁊ plus
omnibus aliis ventosis Et tales ventose maxime ua
lent doloribus matricis antiquis ⁊ doloribus renuȝ
⁊ vesice ⁊ menstrua prouocant ⁊ posite in parte ante
riori valent in apostematibus testiculorum ⁊ vulne
ribus coxarum ⁊ crurium. ⁊ posite in parte posterio/
ri valent in apostematibus ⁊ exituris que fiunt ī na
tibus. Ventose que ponunt᷑ in cauillis pedum confe/
rūt ad eadē ad que ōfert illaꝝ uenaꝝ fleubothomia
puta probibitionem menstruorum ⁊ sciatice ⁊ poda
(gre.

Capitulum tercium de sanguisugis.

Onsequenter est dicere de sanguisugis circa quas cadunt quinq₃ considerationes. Pria est de eaꝝ electione· secunda de eaꝝ uirtute· tercia de ipaꝝ preparatiōe anteq₃ applicent᷑· quarta de ipsarū applicatione· quinta de ipaꝝ remotione· Potest addi consideratio sexta de hiis que fiūt post ipaꝝ remotionem· Propter primā sciendū q₃ debēt eligi sanguisuge de aquis mundis currentibus ⁊ participantibus laudabilibus conditionibus aquarum bonarum superius enumeratis in primo capitulo secunde partis· ⁊ in capitulo de balneis. ⁊ in capitulo de regimine infantis ⁊ sunt aque in quibus reperiuntur rane munde q̄uis quidam asserant oppositu₃ huius· Amplius sanguisuga debet esse subtilis sicut cauda muris parui capitis non coloris viridis· nec nigri nec alterius mali coloris nec super eas debent esse fila coloris azuli· Eligant᷑ igit᷑ rufe quasi coloris epatis uel habentes uentres rubeos ⁊ dorsum coloris similis rei super quam existit viriditas ⁊ non sit simpliciter viridis· Si enim sint magne ⁊ magni capitis ⁊ coloris nigri ⁊ diuersorum colorum et sint ex aquis fetidis stantibus in quibus reperiuntur animalia venenosa· Tales inq₃ sunt venenose ⁊ ex eis inq₃ contingere consueuit sincopis ⁊ apostemata mala sanguinis fluxus ⁊ febris ⁊ membrorum laxitas ⁊ vlcera fraudulenta· Propter secundam sciendum q₃ sicut per fleubothomiam ⁊ ventosas euacuatur plenitudo totius ⁊ membri particularis sic etiā per sanguisugas· verum est tamen q₃ fleubothomia euacuat

magis a profundo q̃ sanguisuga ⁊ uentosa. ⁊ simili/
ter sanguisuga attrahit sanguinem a magis ꝓfundo
q̃ ventosa. Nam attractio que fit per ventosam est
a calido ⁊ a vacuo. Sed attractio que fit per sangui
sugam est a virtute anime ⁊ a tota specie cum spiritu
⁊ calore ⁊ ideo attractio est fortior. quia etiaʒ attra
ctum maiorem habet conuenientiam cum attrahente
maiorem enim conuenientiaʒ habet sanguis attractꝰ
cum sanguisuga q̃ cum ventosa. Sic igitur sanguisu/
ga est conuenientior ad euacuandum plenitudinem
⁊ similiter a profundo q̃ ventosa. Et est diligen/
ter notandum ꝙ dicunt quidam ꝙ sanguisuga attra
hit bonum sanguinem ⁊ non malum. ⁊ secundū hanc
viam non competunt nisi in sanguinis multitudine ⁊
non in sanguinis corruptione. Sed istorum opinio/
ni non consentio quia sapientum dictis non concor/
dat. Nouerunt enim sapientes ꝙ sanguisuga va/
let in morphea ⁊ impetigine ⁊ in serpigine quod nul/
lo modo esset si attraheret sanguinem bonum ⁊ relin
queret malum. Sic enim plus noceret q̃ prodesset.
Unde puto saluo meliori iudicio ꝙ sanguisuga plꝰ
euacuat malum sanguinem ⁊ corruptum ⁊ attrahit q̃
bonum propter duo. Primum quidem quia natu
ra corporis retinet bonum ⁊ dimittit malum quo nō
indiget. Secundo quia malus sanguis est ꝓpor/
cionabilior sanguisuge q̃ bonus sanguis. Non em̄
est rationabile ꝙ sanguis qui habet similitudinem ⁊
proporcionem in tota specie cum membro nostri cor
poris habeat proportionem ⁊ similitudinem cum

sanguisuga quia sanguisuga est multū distans a cor/
pore nostro sꝫ rōnabiliꝰ est ꝙ malꝰ sanguis ⁊ corru/
ptus qui nullā habet proportionē cū mēbris corpo/
ris nostri uel paucā habeat ꝓportionem cum sangui
suga· ⁊ sic sanguisuga attrahit malū sanguinē qui est
magis ei ꝓportionatꝰ ⁊ relinquit bonū· In oībus igi
tur egritudinibꝰ subcutaneis que sunt de sanguīe cor
rupto multū ualēt sanguisuge ⁊ plus ꝙ̃ uētosa· Nam
uētosa attrahit indifferēter bonū ⁊ malū sanguinem·
⁊ sanguisuga nō· Sed eligit malū tāꝙ̃ sibi cōueniētio
rem relinquēdo bonū· Propter terciam est sciendum
ꝙ anꝙ̃ applicētur debēt seruari per unū diē ⁊ procu
retur ꝙ euomāt per cōstrictionē sic ꝙ emittāt qđ est
in eoꝝ uētribꝰ ⁊ parum sanguinis agni uel anatis ꝓ/
iiciatur ⁊ inde nutriant̄ ⁊ deinde earum immundicies
cum spongia uel cum panno aspero remoueat̄· Prop
ter quartam sciendum ꝙ quando uolumus applica/
re sanguisugas in loco ante fricetur locus ⁊ fomente/
tur in tantum ꝙ rubeat et pori aperiantur et sanguis
subtilietur ⁊ deinde proiciat̄ sanguisuga in· aq̄ dul/
ci ⁊ mundetur ⁊ loco applicetur· Et si applicari nolu
erit inungat̄ locꝰ cū aliquātulo sanguinis agni uel lu
ti aque in qua morari cōsueuit ⁊ permittat̄ attrahere
sanguinē quousꝙ̃ appareāt uene plene· Propter quī/
tam sciēdū ꝙ quādo volumus eas remouere a mem/
bro cui sunt applicate· hoc potest fieri cum seta cau/
de equi aut cum aceto tepido aut cuꝫ aqua salsa aut
ligno aloes· ⁊ demum abluat̄ locus cum uino puro ⁊
melle ⁊ securiꝰ est ꝙ apponat̄ uentosa super locum et

si forte sanguinis fluxus nō cessaret aspergat᷑ locus gallis cōbustis ⁊ mastice ⁊ sanguīe dracōis ⁊ silib9.

Capitulum quartum de cauteriis.

Quia homines sani raro utunt᷑ cauteriis ⁊ tamen utunt᷑ eis interdum ꝓpter operis ꝯplementū addemus hic vnū capitulum breue ꝺ cauteriis q̄ꝫtum spectat ad regimen sanitatis. Cuꝫ q̄bus autem ⁊ quomodo fiant cauteria ⁊ sectiones nō est hic dicendum. hoc enim est cyrurgicorum opus. Nolumus etiaꝫ hic enumerare omnes egritudines in quarum cura competunt cauteria uel sectiones. Nolumus etiam hic enumerare omnia loca que cauterisari consueuerunt. sed solum dicemus generales cautelas ⁊ utilitates cauterioꝝ ⁊ quedaꝫ generalia ī cauteriis obseruanda. Sciendū igit᷑ ꝙ multis cauterisatio ualde utilis est in exsiccando humores ⁊ in attrahendo eos a remotis ⁊ ꝓfundo. ⁊ ad ꝓhibendū ne corruptio spergat᷑ ⁊ ad confortandum membrū cui9 complexionem uolumus rectificare ⁊ ad resoluendū materias corruptas in membro retentas. Ampli9 cauterisatio ualet ad retinendum sanguinis fluxum. Et quando cauterium fit ad hanc intentionem ultimam cauterisatio debet esse ꝓfundior ⁊ fortior quia si eēt debilis faciens crustam que postea satis cito caderet esset error nouissimus peior priore. Nam sequeretur fluxus sanguinis peior ⁊ incurabilior priore. Homines igit᷑ in latitudine sanitatis existentes qui tamen sunt parati cadere in egritudines mēbroꝝ exteriorū contingentes ex humoribus corruptis debent uti

y

cauteriis sicut verbi gratia parati ad leprā ⁊ ad gut
tam rosaceaꝫ faciei ⁊ uniuersaliter ad egritudines de
turpantes faciem propter humiditates corruptas in
cerebro retentas que non habent spiraculum. Nā ta/
les humiditates descendunt ad faciem ⁊ ad totū cor
pus ⁊ causant lepram talibus inq̄ȝ ad preseruanduꝫ
⁊ similiter ad curandum cauterisatio ē bene utilis Et
si anteq̄ȝ materia descenderit cauterisatio fiat in qua
tuor quartis capitis quousq̄ȝ cauterisatio perueniat
ad os cranei multum ē utilis vt hūiditates corrupte
euentationem habeant ⁊ spiraculū ⁊ ad cetera mēbra
corpis ⁊ similiter ad faciē nō decurrāt. sed talis cau/
terisatio in qua puenit᷑ ad craneum multū subtiliter
est fienda ne cerebrū ebuliat ⁊ pia mater ⁊ dura ledā
tur ⁊ sit error nouissim9 peior priore. ⁊ oīa ista caute
ria in capite facta preseruāt ⁊ curant ab omnib9 egrī
tudinibus causatis vel causari possibilibus per viā
reumatis descendentis a capite ⁊ sic p̄seruant ab vlce
re pulmonis tussi asmate ⁊ squināntia ⁊ uniuersaliter
ab aliis egritudinibus quarum mater potest eē reu/
ma descendens a capite ⁊ specialiter si humores sint
valde corrupti ⁊ in cerebro coartati. Et sicut dictuꝫ
est de humoribus corruptis in cerebro ⁊ capite coar
tatis q̄ p cauteria capitis mundificantur ⁊ desiccant᷑
sic suo modo intelligendum est de aliis mēbris cor/
poris. Nam in quocūq̄ȝ membro corporis sint tales
humores corrupti per talium membrorum cauterisa
tionem mundificant᷑ ⁊ desiccantur ⁊ membrum illud
purificatur. Unde si tales humiditates corrupte sint
coartate in splene vel epate aut stomacho vel

pectore super membris illis fiant cauteria ⁊ similiter intelligat᷑ si humiditates corrupte fuerunt coartate ĩ iuncturis· fiant enim cauteria in circuitu iuncture Sic igitur patent generales vtilitates cauteriorum· Nũc restat ponere quasdam regulas obseruandas in cauteriis· Prima ꝙ nunꝙ̄ fiat cauteriũ nisi corpore priꝰ mundificato per farmaciã uel fleubothomiam uel ꝑ vtrunqꝫ istoꝝ sicut medico videt᷑ expedire· Secunda regula obseruanda ē ꝙ quãdo cauterium fit ad euacuandum detineat᷑ cauterium apertũ sꝫ qñ fit ad retinendũ sanguinē locꝰ cauterisatꝰ nõ teneat᷑ aptꝰ· Tercia regula ē ꝙ cauteriũ qđ fit ad euacuandũ ad minꝰ teneat᷑ aptũ p. xl. dies ⁊ quolibꝫ die mundificet᷑ locꝰ semel uel bis ꝫm ꝙ plꝰ uel minꝰ de ipo euacuat᷑ ⁊ ꝫm ꝙ materia ē plus uel minus corrupta· Interdum lauet᷑ locus cũ decoctione folioꝝ hedere terrestris ⁊ arboree ut locus cauterisatus nõ feteat· Quarta regula est ꝙ nõ fiãt cauteria in ĩfantibꝰ uel ualde senibꝰ· In infantibus quidē ꝓpter mēbroꝝ nimiã molliciē· In senibꝰ ãt ꝓpter nimiã membroꝝ siccitatē· In hiis etiam etatibus membra sunt debilia nõ potentia bene sustinere cauteria· Quinta regula est non fiant cauteria in temporibus ualde calidis nec frigidis nec siccis. Sexta regula est ꝙ non fiant super musculos et lacertos sed in fine uel principio musculorum· Septima regula ꝙ interdum fiant super membrum mãdãs interdum super membrum per quod tanꝙ̄ per medium mandatur ⁊ interdum fiant super membrum cui mandatur verbi gratia si materia existens in cerebro reumatisaret ad oculos per arterias ⁊ uenas tempoꝝ

anteq̃ materia fluat fiant cauteria super caput ꝛ cum actu fluit fiant cauteria in temporibus. ꝛ cū tota materia fluxa fuerit ad lacrimale oculi fiant in lacrimali. Interdū fiāt cauteria sub membro ad qđ fluit materia. verbi grā si materia fluat ad faciē pōt fieri cauterium sub mento ad mundificandū faciem. Octaua regula obseruāda in cauteriis ē ꝙ cauteria que fiunt sub genibus sunt utiliora ad mundificandum totum corpus ꝛ humiditates corruptas a toto corpore vnde talia cauteria satis deberent eē vtilia in cura lepre ꝛ morphee ꝛ sic de aliis. hoc ego fui expertus in vno ex principibus huius mundi.

Capitulum quintum de farmacia.

Et interdum ventris solutio quibusdā hominib9 multū ↄpetit in regīe sanitatis scʒ ad ꝑseruandū ab egritudinib9 materialib9 ex humoꝝ corruptione. Est enī possibile ꝙ laxatiua aut farmaca medicina corpus mundificet' ab humore q generari consueuit ex negligentia diete ꝛ ex corporis discrasia uel naturali uel accidētali. Nā quātumcūq3 aliquis sit bone ↄplexiōis ꝓpter nutriētia siluestria in se multiplicabit malos humores a quib9 si nō mūdificet' corpus grauabit'. Et similiter q̃tūcunq3 aliqs fuerit boni regiminis tamen ꝓpter maliciā complexionis ꝛ debilitatis membroꝝ ꝛ spirituum ꝛ uirtutum multiplicabunt' in corpore mali humores puta colera fleuma uel melancolia ex quorum purgatione preseruabit' corpus ab egritudine. Vtentes igit' malo regimine ꝛ qui sunt male ↄplexiōis ꝛ nō sunt īfantes

neqꝫ decrepiti ⁊ habentes stomachū ⁊ uiscera fortia. habentesqꝫ corpus magnum ⁊ pingue ⁊ sunt gulosi ⁊ multum comedunt fructus ⁊ paꝝ exercitant̄ ⁊ nō mł̄ tum assellāt nec sudant nec coeunt. tales sunt maxime farmacandi ⁊ si non euacuant̄ non euadent quin ca/ dent in pessimas egritudines ⁊ horū oppositi in con/ ditionib⁹ enumeratis minime sunt apti ad medicinā laxatiuam. Et specialiter si venter eoꝝ sit solubilis ⁊ sint apti ad dissinteriam uel lienteriam. Et similiter si eorum corpus sit siccum. In talibus enim medicine la xatiue sepius sumpte corpus debilitant ⁊ ethicam ⁊ ptisim adducunt. Et est diligenter notandum ꝙ āte/ ꝙꝫ medicina laxatiua sumat̄ preparandum est corp⁹ ad eam ⁊ humores sunt dirigendi ⁊ preparandi vt humores obediant euacuationi. qui enim conat̄ ma teriam indigestam euacuare ipsam non euacuat sed sana membra debilitat. ⁊ morbo resistentia. Corpus igit̄ preparandum est cum nutrimentis mollificati/ uis ⁊ vnctuosis ⁊ uenarum apertiuis ⁊ partiendus est cibus. Et vt sit ad vnum dicere corpus est ꝑmol liendum ⁊ humectandum nutrimento plurimo bal/ neo ⁊ requie. Et similiter si materia sit grossa ⁊ uisco/ sa subtilianda est ⁊ incidenda ⁊ si sit nimis subtilis ⁊ calida aliqualiter est ingrossanda. Verum est ꝙ ma teria existente furiosa siue sit furiosa ratione mobili/ tatis vel ratione malicie siue ratione membri ⁊ loci. siue ratione quantitatis ⁊ qualitatis. siue ratione ac cidentis inducti per talem materiam non debet expe ctari digestio. Amplius obseruandum est ne

quis recipiat medicinam laxatiuam in temporib9 ca
lidis ualde nec frigidis ualde ꝫ in tēperatis ut in ve
re uel autūno. Tempus etiam humidum cōuenienti/
us est ad medicinam laxatiuā. Multum ꝯsiderandū
est ꝙ luna non sit in leone ⁊ ꝙ leo non sit ascendēs et
vniuersaliter ꝙ luna nō sit in signo fixo. Sit igit᷑ lu/
na in signo mobili ⁊ frigido ⁊ humido. Vn̄ inter oīa
signa mihi uidet᷑ ꝙ cancer est conuenientius signū ad
farmaciam ⁊ deinde piscis. hec em̄ signa nō sunt fixa
⁊ sunt aquatica frigida ⁊ humida. Scorpio est signū
conueniens quia aquaticum frigidum ⁊ humidum ꝫ
est signum fixum. Multum etiam considerandū ē
ꝙ luna nō sit coniuncta ioui nec corporaliter nec per
aspectum ⁊ ꝙ etiam non sit coniuncta saturno. Nam
coniunctio cum ioue debilitat uirtutem medicine et
fortificat uirtutem naturalē corporis. Medicina au
tem laxatiua non euacuat humorē nisi superando uir
tutes naturales corporis. Amplius coniunctio cū sa
turno immobilitat humores ⁊ sic impedit operatio/
nem farmacie. Amplius considerandum est ꝙ quedaꝫ
medicine sunt super quibus postꝙ̄ sumpte sunt mul/
tum est dormiendum sicut fortes medicine que sumū/
tur in substantia pillulata. Alie sunt super quibus nō
tantum est dormiendū sicut sunt medicine nō ita for/
tes que sumuntur per modum electuarii. Et alie sunt
sup quib9 paꝝ uel nihil est dormiendum cuiusmodi
sunt debiles medicine ualde ⁊ que recipiunt᷑ in cola/
tura. Medicine igit᷑ que recipiuntur in substantia pil
lulata recipiantur de sero ⁊ superdormiatur tota no
cte. Multum autem considerandum est ꝙ pillule nō

sint indurate ꝛ petrificate nec etiã sint nimis molles. sed sint siccate de nouo. Medicine autem que sumun tur per modum electuarioꝝ recipi dñt in media no/ cte ꝛ superdormiat᷑ usqꝫ ad diem. Et que recipiunt᷑ ĩ colatura recipi dñt in aurora ꝛ paꝝ uel nil ẽ supdor miendũ nec statim ẽ ambulandũ sꝫ quiescendũ qꝛ sci/ mus ꝙ medicina q̃tũcunqꝫ sit debilis non operatur in humore nisi primitus natura in eam egerit reducẽ do de potentia ad actum. ꝛ ideo quiescendum est su/ per eam sumptã quousqꝫ appropinquet tempꝰ ope/ rationis ꝛ tunc mouendum est corpꝰ hinc inde nõ la boriose nec ĩ loco ualde calido nec frigido ualde. Si em̃ vis ducere elleborum moue corpꝰ nec dormiatur aliquo mõ donec medicina suam perfecerit operatio nẽ quia somnꝰ retinet fortes euacuationes ꝛ similiter medicina sumpta nihil ẽ comedendum nec bibenduꝫ donec medicina ꝯpleuerit suã operationẽ. Sũt tamẽ quidam debilis nature ꝛ rare compositionis qui nõ possunt eẽ sine cibo quousqꝫ medicina suaꝫ perficiat operationẽ ꝛ isti debent ante haustum medicine com edere aliquid subtile leue facilis digestionis ꝛ tales etiam postqꝫ medicina incipit operari possunt come dere aliquid subtile stipticum quod stomachum con fortet ꝛ medicinam ad inferiora deponat. Sed si ne/ cessitas non cogat cibus ꝛ potus totaliter dimittan tur quousqꝫ medicina perfecerit operationẽ suã. Sci mus autem medicinã suam compleuisse operationeꝫ ex eo ꝙ videmus mutationeꝫ in egestionibus ad hu morem cui medicina exhibita non est appropriata. tunc enim signum est ꝙ medicina perfecit opꝰ suum.

⁊ tunc potest farmacatus cibari Amplius ē aliud sig
num scʒ ꝙ medicina exhibita apparet in egestionibꝰ
Nam postꝙ̄ medicina sufficienter est operata natu/
ra eam emittit ⁊ tunc farmacatus comedat bibat ⁊ q
escat. Tercium signum est sitis quā scimus non eueni/
re nec ex acuitate medicine nec humoris nec ex cōple/
xione stomachi. Si igitᷣ medicina non sit acuta nec e
tiam humores in corpore qui debent euacuari sunt
multum calidi nec etiam farmacatus sit naturaliter si
tibundus tunc quidem satis patet farmaci operatio
Unde signum est purgationis sufficientis. Sed post
ꝙ̄ perceperimus farmacum appropinquare ad ope/
rationis terminum bonum est ꝙ farmacatus bibat a
liquid lubricatiuum lauatiuum ⁊ sitis sedatiuū ⁊ me
dicine repressiuum ⁊ expulsiuum ⁊ huiusmodi ē aqua
ordei calidissima hec enim est lauatiua ⁊ medicine re
pressiua ⁊ lubrica. Et post horam diei comedat cibū
subtilē facilis digestionis ⁊ vinum limphatum bibat
calidum. nihil enim suscipiat actu frigidum ⁊ dimit/
tat illa die omnes fructꝰ ⁊ specialiter frigidos ⁊ hu
midos laxatiuos ⁊ specialiter ante cibum ⁊ precipue
crudos debilitantes stomachum. Et si medicina fue
rit multum acuta ⁊ farmacatus multum complexiōis
calide ⁊ tempus calidum nullo modo bibatᷣ vinum
sed loco vini bibaturᷣ mellicratum uel aqua scʒ zucca
rata uel bibatur aqua cocta in vino paucissimo ⁊ de
bilissimo alterata. Et est diligenter notandum ꝙ si
quis fuerit farmacatus vehementer purgatus ⁊ for
te timeamus vlteriorem purgationeʒ nullo modo bi
bendum est mellicratum nec aqua zuccarata. nec simi

lia que uentrem laxare possent sed bibi debet succus citoniorum inspissatus per decoctionem cum aq̃ fer rata uel aliquid simile. Interdum autem contingit ꝙ medicina exbibita euacuat uel quia medicina est de bilis uel quia corpus est debile uel quia ventositas grossa est in stomacho que subleuat corpus medici/ ne uel quia vie intestinorum sunt opilate. Si igit᷑ vi/ deamus medicinam non operari quia uirtus est de/ bilis confortanda est cum cibo subtili lubrico ⁊ post ea exbibeat᷑ aqua non multum frigida. Si autem me dicina sit debilis demus aquam frigidam non nimiū frigoris ⁊ deinde dabimus aliqua compressiua pon tica sicut citonia ⁊ pira. Hec enim medicinam ad infe riora deponunt. Si autem ventositas sit in causa uel constipatio intestinorum clisteria sunt competēs me dicina ⁊ dissoluentia uentositatem. Si autem medici na exbibita non operet᷑ ⁊ declinet ad superiora ⁊ ge neret morsum cordis ⁊ angustiam ⁊ estuationem ⁊ ꝑ focationem ⁊ motum spasmosum prouocandus est vomitus. Et si viderimus ꝙ declinat ad inferiora non pretermittantur clisteria fortia attractiua. Am plius talium medicinarum maliciam corrigit potus aque vehementer frigide ⁊ balneatio in ea propter hoc ꝙ frangit acuitatem medicine ⁊ inflammationē ⁊ remouet serositatem medicine. Etiam ad hoc confe runt tyriace species quia tales medicine sunt de gene re venenosorum. sed super omnia quando medicina non euacuat confide in clisteriorum beneficiis. Si au tem cum his omnibꝰ medicina sumpta non fuerit a corpore expulsa ⁊ accidentia mala multiplicentur

⁊ medicina ⁊ materia moueat᷑ ad superius fienda est fleubothomia de sophena ⁊ post de basilica. vomi/tus autem magis prouocandi sunt quando medicina generat cordis morsum ⁊ nauseam ⁊ facit singultuȝ ⁊ ꝓfocationem. Hec tamen contemnenda sunt clisteria In hoc enim remedio confisus sum usqȝ ad nūc ⁊ bonum effectū inueni. Interdū etiā ↄtingit ꝙ medicina farmaca exhibita euacuat plus q̄ꝫ oportet. Et tūc studendum ē primo ut medicina a corpore expellatur. Amplius ut intestina ↄfortent᷑ ad retinendum. Tercio studendum est etiam ut materia diuertat᷑. Quarto ut totum corpus ⁊ specialiter cor ⁊ cetera membra principalia confortentur. Quinto etiam in casu forti exhibenda sunt stupefacientia ⁊ materiam congelantia. Dico igit᷑ primo ꝙ si videamus medicinam secessiuam adhuc in corpore manere ⁊ corporaliter ⁊ uirtualiter exhibeamus aliqua lubrica laxatiua uirtutē medicine debilitantia ⁊ corpus medicine a corpore expellentia quorum vnū ⁊ optimū ē aqua ordei calidissima cum muscillagine psillii uel citonioꝝ in potu exhibita. Hec enim faciunt uirtutem medicine debilitari ⁊ ip̄am a corpore expellunt ⁊ ita intelligit᷑ in aliis Hoc autem remedium est bonū si videamus talē euacuationem superfluam esse ex virtutis medicine fortitudine. Amplius dico secūdo ꝙ uirtus contentiua intestinorum in tali casu est confortanda possibile est enim talem superfluam euacuationem esse non ꝓpter medicine fortitudinē sed ꝓpter ↄtētiue intestinoꝝ debilitatē. cōtentiua āt stomachi ⁊ intestinoꝝ

cofortat' cum stipticis ⁊ ab intra ⁊ ab extra. Ab intra
autem carne citonio⁊ aromatisata uel nō aromatisa
ta. ⁊ ab extra cū oleo rosato uel masticino uel mirti/
no. Amplius dico tercio quod ē studendū in diversiōe ma
terie. verbi grā possibile ē quod materia ad intestina flu
at ab omnibus membris ⁊ tunc fricationes ⁊ balnea
multum cōpetunt ad divertendū materiam ne moue
atur ad intestina. Et ex eadem ratione interdum cō/
petunt diuretica ⁊ interdum etiā competit uomitus
Hec omnia enim divertunt materiam ab intestinis.
Amplius quia interdum medicina laxatiua euacuat
ultra debitum superādo uirtutes corporis ⁊ uitales
⁊ naturales multuz studendū ē in tali casu in uirtutis
confortatione. Et quia somnifera ⁊ stupefacientia re
tinēt euacuatiōes fortes instāte magna necessitate nō
est malū dare aliquā opiatā ad immobilitatē materie
⁊ ad stupefaciendā animalem uirtutē hoc tamen fien
dum est cum magna cautela.

Capitulum sextum de vomitu.

Quāuis homines sani simpliciter ⁊ a tempore
nō indigeant vomitu tamen homines in quo
rum stomachis multiplicat' fleuma ⁊ colera
per vomitum ab egritudinibus preseruant' ⁊ in ppria
sanitate conseruant' Si igit' hmōi homines uomitu v
tant' sm quod expedit eorum stomachus a superfluita/
tibus mundificat' ⁊ digestio melior efficit' ⁊ corpus re
nouatur caput etiam ⁊ sensus alleuiantur ⁊ visus acu
itur. quod si vomitus īmoderate fiat ⁊ ubi non oportet
corpus desiccabitur epati ⁊ pectori necnon oculis et

pulmoni nocebit· uenas quoq; quãdoq; scindit ⁊ rũ
pit ex quo passio accidit emoptoyca· debet enim fie
ri vomit9 ad plus bis in mense in regimine sanitatis
hominum predictoꝝ· nec debet talis vomitus in re/
gimine sanitatis fieri stomacho vacuo· Naz talis uo
mitus laborios9 est nimis· Fiat igit᷑ post cibi saturi
tatem ⁊ sumptionem diuersorum ciborũ abbomina/
tionem habentiũ ⁊ etiã quodammõ incisiuã uirtutez
Nõ dz uomit9 fieri frequenter ne stomach9 corrũpa
tur ⁊ uirtus eius destruat᷑ nec dz obseruari cert9 nu/
merus dieꝝ inter vnum vomitum ⁊ aliũ· Habentes
autem collum longum ⁊ pectus strictũ ⁊ sine carne ⁊
humeros eleuatos ad modũ alaꝝ ⁊ crura tortuosa·
tales inq; non utant᷑ vomitu ad conseruandum sani/
tatem eorum· ⁊ quia oculi multum leduntur a vomi/
tu· Interdum cum aliquis uomere uoluerit duos pã
nulos in rotunditate circũuoluat ⁊ super oculos po/
nat ⁊ cum alio panno lato optime liget nec inde aufe
rantur donec vomitus sit completus · Et postq; erit
perfectus facies aqua rosata est abluenda· In estate
quidem cum aqua rosarum simplici· In hyeme uero
ponat᷑ in ea aliquantulum ligni aloes ⁊ os abluendũ
est cum ydromelle uel syrupo acetoso ⁊ non statiz ẽ
comedendum sed tardet comestionẽ donec fames sit
fortis ⁊ si contingat vomentem sitire seda eius sitim
cũ syrupo citonioꝝ ⁊ nõ cum iulep nec cũ syrupo a/
cetoso quia ista duo incitãt ad uomitũ Et qui uomu
erit comedat carnes pulloꝝ facilis digestiõis in gela
tina uł galãtinã· hec de võitu sufficiãt ut ꝯpetit ĩ re/
giẽ sanitatis· De vomitu eñ laborioso q fit stõacho

ieiunio ꝛ cum fortibus medicinis nō ē hic determinā dum quia nō ꝯpetit sanis corporib⁹ ꝛ si interdū for te ꝯpeteret ad ꝓseruandū ab aliquib⁹ malis egritu/ dinib⁹. Et eadē ratio ē de eo ꝛ de medicina laxatiua unde ex eis que dicta sunt superius de medicina lax atiua ꝛ ex his que dicunt᷑ de vomitu in isto capitulo pꝫ quid sit faciendū ꝛ obseruandū in vomitu labori oso qui fit cum medicina forti.

Capitulum septimum de clisteribus.

Quia homines sani sepe ꝛ sepius clisterib⁹ v ti ꝯsueuerunt ꝛ similiter suppositoriis de his est breuiter determinandū q̄tū sufficiat ad re gimen sanitatis. Sciendum igit᷑ ꝙ homines in quoꝝ intestinis feces indurari consueuerunt ꝓpter quā in durationē potest colica passio prouenire. Similiter in quorum visceribus ventositates multiplicari con sueuerunt uel fleuma muscillaginosum uel ad quorū intestina pauca colera ꝺemādatur incitās expulsiuā tales inꝗ indigent in sanitatis regimine clisterib⁹ uł remollitiuis contra fecum indurationem uel uentosi tatum dissolutiuis contra ventositatem uel fleuma/ tis euacuatiuis ꝛ similiter intelligat᷑ de aliis humori bus. uel aliqualiter mordicatiuis contra defect⁹ mor dicationis propter colere transmisse ad ītestina pau citatem. Interdum fiunt clisteria mundificatiua uisce ruꝫ ꝛ consolidatiua ꝛ restrictiua ꝛ attractiua a remo tis ꝛ impinguatiua sꝫ qꝛ his nō utimur in regīe sani tatis de his penitus nulla fienda ē mentio in isto ca. Et ē diligenter notandū ꝙ circa exhibitionē clisteri oꝝ mlᵗe regule sūt ꝯsiderāde. Pria regula ꝙ clisteria

maxime sunt ad euacuationem intestinoꝝ ⁊ ad con/
sumptionem uentositatum in eis ⁊ similiter in renibꝰ
Unde suspecti de colica passione ⁊ dolore renū ⁊ spe
cialiter ventoso maxime dn̄t uti clisteribꝰ. Unde cli
steria immediate euacuant ab intestinis inferioribus
⁊ renibus ⁊ consequenter a partibus superioribus.
Euacuant ergo ab inferioribus ⁊ eradicant a superi
oribus per quandam colligantiā inferiorum ad supe
riora. Secūda regula ē ꝙ clisteria fortia nō dn̄t fieri
nisi materia digesta. Tercia regula ē ꝙ clisteria nullo
modo fienda sunt cibo existēte in stōacho adhuc in
digesto quia attraheret̃ cibꝰ indigestꝰ ad intestina ⁊
ad epar. Quarta regula ē ꝙ clisteria non sunt nimis
frequentanda ne natura debilitet̃. Quinta regula ꝙ
quādo exhibet̃ clistere ꝓpter renes clisterisandꝰ dēt
iacere supinus. ⁊ si ꝓpter intestina econuerso. Sexta
regula ꝙ non dꝫ fieri clistere in tpe calido nec in ho/
ra calida sed dꝫ eligi hora aliquātulū frigida. Sep
tima regula ꝙ nō dꝫ fieri balneum ante clistere ne in
corpore fiat motus agitatiuus. Octaua regula ꝙ qui
sunt suspecti de emorroydibus ⁊ similibus passioni
bus ani non debēt uti clisteribus. Nona regula si qs
timeret ne clistere retineat̃ poni debet in circuitu ani a
rena calefacta uel milium calefactum. Que āt sint ma
terie clisterioruꝫ predictorū scitur ex libris simpliciū

Capitulum octauum de suppositoriis.

Onsequēter dicemꝰ de suppositoriis quibus
sani interdū utunt̃. Sūt āt suppositoria q̄dā
lenia nō acuta puta fcā ex melle ⁊ succo mercurialis.

vel ex sapone gallico vl' ex frusto caulis ⁊ similia Et
sunt alia hiis fortiora ut suppositoria ex melle acua
ta cum scamonea vel cum euforbio uel cum coloquī
tida ⁊ similibus. Prima quidez suppositoria ordinā
tur ad uentrem remolliendum. Et secunda ordinant'
ad extrahendum materiam a remotis ⁊ specialiter a
partibus superioribus. Prima quidem suppositoria
magis opetūt in regīe sanitatis q̄z secūda.

Capitulum nonum de pessariis.

E pessariis āt ē sciendū q sicut se hn̄t ad in/
testina suppositoria ⁊ clisteria sic pessaria ad
matricē. Interdū āt fiūt pessaria ad mēstrua
prouocanda ⁊ ad matricem mundificandū. Interdū
ad restringendum mēstrua. Interdū fiunt ad confor
tandum matricē ⁊ ut disponat' ad ɔceptū. Hoꝝ autē
pessarioꝝ materia sciť ex libris pticularibus. Et de
isto memini me dixisse superius in ca. de regīe appro
priato sexui femineo. ⁊ in tractatu quē ɔposui de re
gimine sterilitatis. In hiis etiam locis dictū ē de fi/
gura ⁊ q̄ntitate pessariorum ⁊ de mō imittēdi pessa/
ria. ⁊ iō hic ptranseo ⁊ huic opi finē ipono cū dei lau
de cui9 nutu sermo recepit grāz ⁊ doctrina pfectionē

Regimē sanitatis Magnini mediolanensis medi/
ci expertissimi opus equidē non paꝝ utile omni cum
diligentia in hoc volumē redactū feliciter explicit.
Impressum in domo Johānis de westfalia Alma in
vniuersitate Louaniensi Anno. M. cccc. lxxxvi.


Prudens per terras notusq. per æquora nauta

Heitzberger, 1936.

$195.00

876. **Magninus Mediolanensis,** Regimen sanitatis. Louvain, Joh. de Westfalia, 1486. Orig. calf with orig. vellum back (leaf of manuscript), in —4.
Copy with large margins of this rare medical incunable. Campbell 1189. Hain *10485. Proctor 9237. **No copy in America, according to Census. No copy in the Library of the My. v. Geneeskunst Amsterdam (Bibl. Med. Neerl.).**